Et videtur hoc cõprobare tex. in l.i. C.quan. Imper. inter pupil.& vid.& rubrica illius titu. quòd pupillus ſit ex miſerabilibus perſonis,quod expreſſe voluit Alex. in l.Titiæ textores,in princip. D. de legatis primo, & quod ei relictum eſt,cenſetur pium.tenet Cardin,Flor.in clemen.i.in 13.q.de teſtament. vbi & idẽ dicit de orphanis. Tamen intellige procedere, cũ pupillus eſt pauper & orphanus,ſecundum gl.in cap. omnis ætas,in gloſ.vlti.12. quæſt.i.& Specula.titu.de inſtru.edi.§. nũc vero aliqua, verſi.& ſcias.Cardin. Imol.& alii in capit. ſignificantib. de offic.& delega.Alexan.conſi.121.viſo proceſſu cauſæ vertentis,col.vlti.lib.i.& Iaſon in d.l.Titiæ textores,colum.pen.vide Ioan.Andr. in c.ex tenore,de foro competen. Quæ autem dicantur miſerabiles perſonæ, vide per Bar.in l.i.C.quand.Imper.inter vid.Inno.& Panor. poſt alios in c.ſignificantibus,de offic.deleg. Panorm.in c.ſuper quibuſdam, de verbo.ſignific.

*An idem ſit in orphanis.*

Item relictũ pro anima,per text.in §.ſi vnum de prædictis,verſi.occaſionem autẽ,in authen.vt cum de appel. cog.in illis verbis,& ipſorũ quoque animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleuentur, vt voluit gl.in l.ſi quis Titio, & ibi Barto.& alii recentiores poſt eum, de lega.2. Bart.in d.l.i & ibi Bald.qui illam dicit ſingul. in lectu.col.2.C. de ſacroſanct.eccle.Bar.in l.Lucius. D.de ali.& cib.leg.Bal. in l.ſi quis ad declinandam,col.i.C.de epiſco. & cleri. & in

*Quod pro anima relictũ eſt, dicendũ eſt piũ.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in d.authen.ſimiliter, & in l.& in legatis, in prin. C. ad legem Falcid. & in l. vlti. §. ſed & ſi quis, col. 4. verſi. pone ſi ſius, C. commu. de leg. & in l. hæreditas. §. ſi defuncto, & ibi etiã Ang. D. de petitio. hæred. R in c. vlti. in fi. de dila. vbi ad hoc dicit gl. in d. l. ſi quis Titio, ſingul. & in c. i. §. donare, poſt prin. titu quali. olim feud. ali. po. & cõſ. 275. ſi quis iuris ciuilis, col. vlti. lib. 3. Petr. Ancha. conſil. 144. præfatis nominib. col. i. Panor. in rub. de teſta. col. 3. verſic. ſed nunc quæritur, & in c. relatũ, huius initii i. col. vlt. & in c. requiſiſti, in primo not. eo. titu Floria. in l. cũ quidam, §. ſi dies. D. de uſur. Paul. Caſt. conſi. 167. libr. 2. vbi ad hoc dicit illam gl. reputari ſingu. & Rom. conſi. 69. viſo quæſtionis themate, poſt prin. Socin. conſi. 116. nõ poteſt negari, col. penul. verſi. primus eſt. Barb. qui & illam glo. dicit ſingul. conſi. 71. illud in medium referam. col. 6. lib. 3. & Philip. Corn. conſi. 38. pro deciſione, col. 3. in fi. lib. 3. & iterum conſi. 322. ardua plurimum, col. 4. verſic. in contrariam partem. lib. 3.

*Eiuſdem confirmatio.*

Quod adeo verũ eſt, vt ſi pro anima relinquatur, etiã conſanguineo, vel amico pauperi, dicitur relictũ ad pias cauſas, vt voluit gl. not. in c. 2. de ſepul. quam ſequitur & reputat ſingul. Bal. in l. i. col. 2. in lectu. & ibi Paul. Caſt. in fi. C. de ſacroſanct. eccle. & voluit Ioan. And. in addi. Specula. titu. de inſtrum. edi. §. nunc vero aliqua, verſ. & ſcias quod tunc, in addit. quæ incipit, ad iſtum finem, & omnes quos ſtatim allegabimus, & Alex. conſi. 158. viſo teſtamento, ad fi. lib. 7. Secus ſi conſanguineo aut amico diuiti, quia licet dicatur pro anima, non tamen reputabitur ad pias cauſas, ſed magis præſumetur factum cõtemplatione conſanguinitatis, amicitiæ, aut alterius nõ piæ cauſæ, vt voluit glo. in l. illud. & ibi Bal. & Pau. Caſtr. C. de ſacroſanct. eccl. Bar. in repet. d. l. i. in 2. q. 2. q. principalis, & Bal. in d. authen. ſimiliter, & ibi Roma. colu. i. idem Bal. in l. ſi hæres, in ſecũdo nota. D. de condi. cauſa data, & in dicta l. ſi quis Titio, & ibi etiã Imol. D. de legatis 2. & in c. de priore, de appella. vbi dicit ſingul. illam gloſ. & conſil. 8. licet mulieres, lib. 5. & conſil. 230. teſtamentum

*Relictum etiã conſanguineo, uel amico, pauperi cenſetur pium.*

*Aliud in conſanguineo, uel amico diuite.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de quo quæritur, eo. lib. 5. & Lapus alleg. 92. in primi videndũ eſt, in 1. dubio, vbi rationem reddit, quia pietas nõ ſtat in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia veritatis. per l. cum hi, §. ſed perſonarũ, & §. ſi in annos, D. de tranſact. & l. i. C. de mendi. valid. lib. 11. & idem quoque voluit Paul. Caſtren. conſi. 441. viſo puncto, & allegationibus, in 2. dubio, poſt prin. lib. 2. Cardi. qui eã glo. dicit ſingul. in c. tua, de teſtamen. in c. de priore, de appel. Petr. Ancha. conſi. 25. videtur prima facie. col. 2. Panor. in d. rub. de teſta. & d. c. requiſiſti, & conſi. 63. quædã domina, col. 3. verſi. hoc etiam firmatur, lib. 2. & Barb. conſi. 58. clemẽtiſſimi Dei, col. antepenul. lib. i. Stepha. Bertrand. conſi. 205. ſic eſt verum, col. i. num. 3. 4. & 5. libr. 2. & conſil. 82. quoniam reperio, col. i. lib. 3. & ẽ Theologis Diuus Thomas in q. 4. q. 32. articulo ſeptimo.

*Pietas conſiſtit in ſubſtãtia veritatis.*

*De eadem re.* Et facit pro prima parte, nã maior pietas debet exerceri in conſanguineos pauperes, quàm in externos, c. nõ ſatis, 86. diſtinctio. Et ideo executor deputatus ad diſtribuendum pauperibus, poteſt eligere pauperes conſanguineos teſtatoris, vt voluerunt Baldus, Angel. & Imol. in l. illa inſtitutio, D. de hæredibus inſtituend. Imol. in l. captatorias, D. eo. titu. Petr. Anch. in d. c. cũ tibi, de teſtamen. Alex. in l. diui, D. ad leg. Falci. Qui & ipſi dicunt procedere in filio ſpurio teſtatoris, paupere, ſicuti etiam voluit Ioan. Andr. in d. §. nunc vero aliqua, in vlti. char. in addi. quæ incipit. continuata, & Bal. in l. id quo pauperibus, col. penul. & vlti. C. de epiſcop. & cler. & conſ. 91. videtur quòd electio, lib. i. & conſi. 162. quidam Franciſcus, ad fi. lib. 5. Ang. & Imol. in l. Lucius. §. in teſtamento, D. de lega. i. & vide quæ dicam infra vbi de alimentis.

*Maior pietas exercenda eſt in conſanguineos pauperes, quàm in externos.*

*Executor poteſt eligare pauperes conſanguineos.*

*Reſtrictio præcedentium.* Quod tamen intelligendum eſt duob. modis, primo, vt procedat in terminis, in quib. loquimur, videlicet quãdo cõſanguineo pauperi relinquitur nominatim pro anima, aut etiã alia pia cauſa, quia tunc dicetur legatũ ad pias cauſas, non obſtante qualitate cõſanguinitatis, per ea quę diximus. At ſi ſimpliciter relinquat cõſanguineo etiã pauperi, ſine expreſſione piæ cauſæ, nõ reputabitur ad

*Diſtinctio in relictis pauperib.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ad pias cauſas, quin magis uidetur fuiſſe relictū contemplatione, & fauore cōſanguinitatis, per text. in l. tutor, §. quæ tutoribus, D. de excuſa. tutō. ubi cōcurrētibus pluribus præſumptionibus, illa anteponitur, quæ ex cōiūctione ſanguinis inſurgit, ſicuti & uoluit Bald. in authen. ex teſtamento, col. iii. C. de collatio. dū dicit quòd inter coniunctos, cum aliquid confertur, præſumitur fieri ex naturali affectu magis quàm ob aliam cauſam, per multa iura quæ allegat: & hoc expreſſe uoluit Bald. in dicta authenti. ſimiliter, uerſicu. quid ſi donatio, & ibi etiā Roma. col. i. ſed cura iſtud incidēter, vbi & ad hoc allegat c. requiſiſti, de teſtamen. & c. pontificis, xii. quæſtio. iii. & latè Philippus Decius cōſ. cxx. diuino &c. cōſideratis omnibus, col. vlt. & latius diximus in noſtra repetitione, l. ſi unquam. in uerbo, donatione largitus.

*Concurrētibus pluribus præſumptionib. ea præfertur, quæ ex coniunctione ſanguinis inſurgit.*

Sed ſi hoc omnino eſt ſine dubio, quia cum anima cæteris rebus ſit anteponenda, per l. ſancimus, C. de ſacroſ. ſtis eccleſ. cap. cum infirmitas, de pœnitent. & remiſſ. & ibi concordan. videtur teſtator ſubſiſtente cauſa paupertatis, potius conſideraſſe eam cauſam quæ animam reſpicit, quàm ſanguinis coniunctionem, per multa quæ in ſimili ſuprà ſæpius diximus. Quin gloſſ. in l. ſi donatione, quam ibi omnes ſequuntur, C. de collationib. voluit, quòd ſi pater daret filio bene merito, licet nō exprimat, quòd faciat propter benemerita, in dubio tamen præſumitur ob eam cauſam facere, vt alibi etiam diximus. Et haud dubie in vno caſu dicerem videri, in dubio magis relictum fauore piæ cauſæ, quàm cōſanguinitatis, quando aliàs relictum non ualeret, per id quod in ſimili uoluerunt Bald. Fulgoſ. & Iaſon in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus. D. de pactis. Imol. & Raphael Cumanus in l. quod dicitur, D. de verbor. obligatio. Quanquam autem relictum utroque modo valeret, cogitādū relinquo. Neque enim audeo contra tot tantæ authoritatis uiros tenere.

*Argumenta in cōtrariam partem.*

*Donatum filio benemerito cenſetur ei ob benemerita donatū.*

*In dubio magis quid uidetur relictum fauore piæ cauſæ, quā conſanguinitatis.*

Intellige ſecūdò, quod de diuite diximus, vt procedat in eo, qui ſatis diues eſt pro ratione ſuæ conditionis, ſiue ſtatus, aut generis. Nam ſi quis ſatis bonorum habeat, ut

*Diues non tam ſecundùm facultates, quàm qualitatem ſua*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*perſonæ habendus eſt.*

vt poſſit viuere: non tamen ſecundùm conditionem & qualitatẽ ſuæ perſonæ, is pro paupere habẽdus, & quòd illi ea conſideratione, & cauſa relinquitur, cenſetur relictum ad pias cauſas. Ita voluit Bartolus in repetit. dictæ l.j. in 2. q. 2. q. principalis, C. de ſacroſan. eccl. poſt diuum Thomam, quo loco nuper citauimus, & Baldus in repetitio. dictæ l. 1. col. 10. verſi. ſuper quinta quæſtione. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi quis ad declinandam, col. ii. verſic. circa tertium, per text. ibi, quem ad hoc notabiliter dicit, C. de epiſc. & cler. vbi loquitur de nobili, qui ſatis bonorum habet, vt viuere poſsit, ſed non pro ratione ſuæ dignitatis. & Barb. d. conſi lvi. lib. i. & Cepol. in tractatu de Imperatore militum deligendo, in materia nobilitatis. in xxi. priuilegio nobilitatis, ubi hoc dicit no. & Bened. Cap. d. conſi. 54. col. 3.

*Relictum pro redemptione captiuorum ad piam cauſam relictum uidetur.*

Item relictum pro redemptione captiuorum, l. ſi quis pro redemptione, in illis uerbis, piiſsimam adminiſtrationem, C. de donationibus, in dicto §. ſi unum de prædictis, ibi, ex hac cauſa piiſsima, in authent. ut cum de appellat. cog. doctores ubique, & inter cæteros Bal. & Pau. Caſtr. in dicta l. illud, qui hoc etiam intelligunt in captiuis ex delicto, per gloſſam in cap. ſacrorum, xii. quæſtione ii. quod & idem uoluit Bald. in dicta authentic. ſimiliter, C. ad legem falcidiam, cum concordan. latè à me traditis ſupra titul. 10. §. ult. in gloſſa penultima, ubi de hoc diximus.

*Idem in legato alimentorum.*

*Cauſa redemptionis captiuorum, et cauſa alimentorũ æquiparantur.*

*Pia cauſa quæ dicatur.*

Item legatum alimentorum, per tex. in l. Mela ibi, pietatis intuitu, D. de ali. & cib. leg. & in l. ſancimus, C. de ſacroſan. eccleſ. ubi cauſa redemptionis captiuorũ, & cauſa alimentorum æquiparantur, & in §. interdicimus, ibi, egentium pabula, & alias pias cauſas, in authent. de eccl. tit. & ita ſentit Bal. in d. authent. ſimiliter, ubi dicit quòd pia cauſa dicitur, cùm per eam releuatur corpus animatum, quod quidem fit per alimoniam, & expreſsè uoluit gloſſa in l. ſi cui annuum, D. de annu. legat. Bar. in l. alio. D de aliment. & cibar. legat. Et Raph. Cumanus conſil. 30. ſtatuto cauetur, col. ii. Angelus, Imol. & Alexan. in l. diui,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

diui, D. ad leg. Fal. Alex. in l. ſi certis annis, col. iii. uerſi. ex his etiam infero, C. de pact. & Philippus Decius cōſi. lxxii. uiſo puncto col. iii.

Sed hoc intellige ſecundū ea quæ ſupra diximus, ubi de relicto ante diſſeruimus, uidelicet, cum alimenta relinquuntur pauperibus, aut iis, qui famem patiuntur, ut etiam innuit text. in d. l. ſancimus, qui expreſſe de fame loquitur, & in dicto §. interdicimus, in uerbo, egētium. Nā ſi fauore amicitiæ diuiti relinquetur, & cui alias ſatis eſt alimentorum, non dicitur legatum pium, ut uoluit Bar. in dicta l. alio, col. ii. ff. de alimen. & cib. lega. & in dicta l. ſi cui annum. D. de ann. lega. & in dicta l. diui. & ibi Angel. Imol. & Alex. D. ad leg. Falcid. Ex quibus Angel. & Alex. hoc dicunt procedere, etiā ſi teſtator dicat, quòd relinquit amore Dei. & ipſe Barto. in tracta. de alimētis, col. iii. uerſi. quæro utrum legatum alimentorū, per text. in §. aliud quoque capitulum, ibi. egenis alimenta impendant, in authēt. ut cū de appellat. cog. & in l. cum hi. §. in annos. D. de tranſact. & Angel. in l. Stichum & Pamphilum, §. ſtipulatus. D. de uerbo. oblig. & in l. ſi certis annis & ibi Ant. de But. & Alex. C. de pact. Imol. in l. ſi quis Titio, & iterum. in l. cū pater. §. eorū. D. de lega. ii. Flor. in l. cū de in rē uerſo. col. ii. D. de uſur. Roma. in repet. d. authent. ſimiliter, col. ii. uerſi. capio ſecundū, C. ad legē falc. Alex. in l. i. col. iiii. D. ſolu. matr. Franc. Aret. conſ. xlv. in cauſa & punctos, col. i & Iaſ. in l. cum. is. §. ſi mulier, col. ii. ff. de condict. indeb. Alias ſemper magis ex paupertate legatarii, quam ex uerbis teſtatoris dicitur pia cauſa, ut per Alberic. in l. illud. C. de ſocroſanct. eccle. & in j. ſtatutorum, q. iii. incip. item quæro ſtatuto.

*Legatum alimētorum pauperibus relictum dicitur piū, alias ſecus.*

*Pia cauſa ex paupertate legatarij attendi tur.*

Quanquam tamen legatū alimentorū factum diuiti dicitur etiā fauorabile, & priuilegiatū, ut patet per tex. in d. l. cū hi. §. nihil autē intereſt. D. de tranſac. ubi nō poteſt inconſulto prætore tranſigi ſuper alimentis relictis etiā diuiti, nedū inopi. Et propterea Salycet. in l. i. & ibi Iaſon col. 3. in iii. limitat. C. de fideicommiſſ. Alexand. & Iaſ. in dicta l. ſi certis annis. Cuius tamen ſententiā, licet de

*Legatum alimētorum diuiti relictum dicitur etiam fauorabile.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

de eo mentionem nõ feciſſet, ſecutus fuerat Floria. in l. cum de in rem uerſo, D. de uſur.

*Dos et alimenta æquiparantur.*

*Legatum dotis dicitur piũ ut p Boer. decis. 94.*

Item cum dos & alimenta æquiparentur, ut not. gloſ. in l. ob æs. C. de præd. mino. legatum dotis, ſiue pro mari tandis uirginibus dicitur piũ, per text. in l. cum is. §. ſi mu lier, ibi, pietatis cauſa, et ibi not. Bald. Angel. & Floria. D. de cõdic. indeb. & voluit Ioan. And. in c. tua nobis, in ver. alios, extra de decimis. & Barto. in l. ſi ego, in prin. §. 1 D. de iu. do. & in l. ſi cõſtante, in xi. quæſt. 1. partis, ante fi. D. ſol. matri. & in l. ii. §. vlt. poſt princip. D. de donat. Alber. in prima parte ſtatut. q. 3. ſupra alleg. in fi. Bal. in l. mandatum, col. 3. verſic. ſed cõtra hoc oppo. & ibi Salyc. col. vi. in xiii. oppoſ. C. mandat. & idẽ Bart. in l. ſicut, in fi. C. de actio. & obliga. & in auth. contra cũ rogatus, C. ad legem Falcid. et in l. poſt mortẽ, col. penult. uerſicul. ſed pone, teſtator inſtituit hæredẽ. C. de fideicõ. & in l. i. ante finẽ, C. de his quæ pœnæ no. relinq. & in repet. l. i. col. xvi. C. de ſacroſanct. eccle. & Imol. in l. i. col. i. in fi. D. ſolut. matri. Floria. in l. cũ quidã, §. ſi dies. D. de uſur. & Ioan. Ana. cõſi. lvii. uiſis & conſideratis, poſt prin. vbi dicitur etiam procedere in dote à patre relicta filiæ. Alex. in dicta l. ſi certis annis, col 3. C. de pact. & in l. iiii. §. hoc autem iudicium, col. 4. D. de dam. in fect. & in l. ſi cum dotem. §. eo autẽ tempore, col. 3. D. ſolu. matrimo. & conſi. xc plura narrata ſunt. col. ix. lib. vi. & Barba. conſil. 87. prope eſt dominus, col. ii. lib. ii. & Firmia. in tract. de epiſcopo. in quarta parte lib. 4. q. 31. verſ. congruenter hic dicendum. Socin. conſi. 82. in cauſa uertente, col. penult. uerſi. ſed difficultas oritur. lib. 4. Lauren. Calca. conſi. 13. pro parte negatiua, col. 2. uerſic. in contrariũ facit, & uerſicu. & hanc partem, & latius. col. 4. uerſi. item & ſi dicatur.

*Idem in dote à patre relicta filiæ.*

*Legatum dotis et alimẽtorum æquiparantur.*

*Diſtinctio alimentorum, procedit quoque in dote.*

Porrò cum legatum dotis, & alimentorum æquiparentur, ut patet ex nota. per gloſ. in l. ob æs, C. de prædi. mino. & Bart. in l. ulti. D. de his quibus ut indig. & in authent. res quæ. C. cõmu. de leg. de quo tamẽ per Alex. in l. i. col. vi. D. ſolu matr. Ideo & ea diſtinctio, quã in alimẽtis diximus, in dote quoque procedit, ut videlicet tũ de-

mum

mum legatum dotis ſit pium, ſi relictum ſit pauperi, non etiam ſi diuiti, vt voluit Bal. in l. illud, col. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in authent. niſi rogati, col. 3. verſi. quæro nunquid monaſteriũ. C. ad Trebel. cnm dicit, quòd maritare pauperes virgines eſt pia cauſa. Angel. in §. ſi quis de prædiis, in authenti. vt cum de appellation. cognoſc. Roma. in d. authent. ſimiliter, col. 2. verſi. circa tertium, & Alexand. in addit. Barto. in d. §. ſi mulier, & in l. ſi conſtante, in princ. col. 9. verſ. ex dictis autem. ff. ſolu. matri. Barb. conſi. 87. lib. 4 Bald. nouellus in tractatu de dote, in quinta parte, & iterum conſi. 348. de duobus, col. 2. verſi. non obſtat quòd fauor, & Iaſ. in dicta l. cum is. §. ſi mulier, ante fi. D. de condi. indebi. & facit quod tradit gloſ. in l. tali. in princip. D. de iure dot. quòd de legato facto cauſa dotis diuiti, detrahitur Falcidia. & Philip. Dec. d. cõſil. 72. col. 3. & dicto conſi. 120 col. 2. Et ad hoc inſpicienda eſt ſtatus conditio, & dignitas eius, cui relinquitur, vt in ſimili diximus ſup. cum de legato animæ loqueretur. Et ita in hac ſpecie voluit Bal. in d. l. ſi quis ad declinandam, loco ſupra allegato, & in l. paupertas, in princip. ff. de excuſatio. tuto. & Decius d. conſil. 120. col. 1. Verum Laurent. Calca. ſibi contrarius, conſi. 31. Antonius Pacolarius colu. 6. dicit ſimpliciter quod dos reſpectu ipſius, non eſt pia cauſa. Nam ſi eſſet huiuſmodi, ex ipſius legato non detraheretur Falcidia, per authẽt. ſimiliter, C. ad leg. Falcid. Sed ex ea detrahitur, vt not. gloſ. in l. tali. in prin. ff. de iure dot. & in l. ſi nõ deſignata, C. de falſa cau. adiect. lega. & videtur eſſe text. in l. ſed vſufructus, §. dos relegata, ad le. Falc. cui adde & aliam glo. in l. in teſtamẽto, quidem militis. C. ad leg. Falc. Et quòd tale legatũ dotis non cenſeatur ad pias cauſas, tenet etiam Bart. quem non allegat, in d. l. cũ is. §. ſi mulier. ff. de condict. indeb. Nec obſtat, inquit Calca. text. in d. §. ſi mulier, qui in cõtrarium ſolet allegari, quia non id dicit, ſed tantum loquitur de pietate reſpectu donatis, & non dotis.

*Maritare virgines pauperes, eſt pia cauſa.*

*Ex legato dotis detrahitur Falcidia.*

*Dos reſpectu ipſius non eſt pia cauſa*

Sed aduerte quòd communis opinio eſt in contrariũ, & de eo, quod diximus de detractione Falcidiæ, cõtrariũ

*Communis opinio.*

tenet

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID BIBLIOTEC

tenet gloſſa, uidelicet non detrahendam ex legato dotis, per l. ſi in teſtamento quidem. C. ad legem Falcidiã. ſuper quo uide Calca. dicto conſil. xiii. col. iiii. uerſi. non obſtat ſi dicatur.

*Relictum pro imagine facienda dicitur piũ.*

Item relictum pro imagine facienda, aut depingenda, dicitur eſſe ad pias cauſas, per text. in l. lineam margaritarum. D. ad leg. Falcid. ubi & hoc not. Barto. & Alex. & in c. ulti. extra de teſtamẽt. & in c. ex parte. de verbo. ſignifica. per quos ita voluit Roma. in dicta authenti. ſimiliter, col. ii. verſic. circa v. timum, & ante illum Angel. in l. i. §. ad municipium, & ibi etiam Alex. D. ad legẽ Falcid: per gloſſ. quam Angel. dicit notab. in l. Titia. §. vlti. ff. de auro & argen. leg. & voluit idem Angel. conſ. ccxxiiii. caſus eſt, Iacobus. in fi. & Flor. in dicta l. cum quidam. §. ſi dies. D. de vſur. & Bernar. Laud. in additio. Barto. conſi. xxvi. teſtator in teſtamento.

*Cauſa ſtudÿ dicitur pia.*

*Cauſa dotis, et cauſa ſtudÿ æquiparantur.*

Item relictum cauſa ſtudii, poteſt etiã dici pium, per id quod voluit Bart. in l. i. ad fin. & ibi omnes, D. ſolu. matri. quòd cauſa dotis, & cauſa ſtudii concurrunt, & æquiparantur. Ex quo inferunt. Bal. Angel. Rapha. Cuma. & Iaſon ibi, quòd ſicuti ualet donatio facta à patre filiæ in poteſtate exiſtẽti cauſa dotis, l. Põponius Philadelphus, & ibi. gloſſ. & docto. C. famil erciſcũ. & not. gloſ. in l. ii. C. de inoffic. dona. & Barto. in l. frater à fratre, D. de cõdict. indeb. ita etiam donatio facta filiofamilias. cauſa ſtudii quod etiam tenet Roma. in l. donatio. §. pater. D. de donatio. Albe. Imol. & Floria. in l. quæ pater filio. D. famil. erciſcũ. & Iaſ. in d. l. frater à fratre. col. vlti. in ii. lectu. & Ferdin. Lorg. in repet. §. diui. l. filiusf. col. xiiii. verſi. poſſet alia & ſecũda cautela, D. de leg. i. licet aliqui tenuerunt contrarium, ut per Alex. in d. l. i. §. ad municipium, D. ad leg. Falcid. Et bene facit, quia ea dicitur fauorabilis. & pia cauſa, quæ utilitatem plublicam reſpicit. ut dicit Pau. Caſt. conſil. xxiii. uiſo puncto. col. pen. per text. in l. i. §. ulti. C. de cadu. tollen. & eſt ẽt bonus tex. in l. ii. §. exercitũ, & ibi Bar. ff. de his qui no t. inf. & in l. quẽadmodum. C. de agri. & cẽſi. & facit tex. in l. ſi quis. §. vtrũ,

*Donatio à patre facta filiofa. cauſa ſtudÿ ualet.*

*Quæ ſit pia cauſa.*

& ibi

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& ibi Bart. D. ad Sylla. & quod uoluerunt Guli. Cu. Bal. & Alexand. in l. ſi filius. ff. ſi cert. peta. & quod etiã dicit Bald. in l. i. C. ſi de momẽ. poſſeſ. quòd in cauſa ſtudii nõ appellatur. & nouiſſime Philip. Dec. in c. i. col. x. uerſic. vii extra de probatio. quòd in cauſa ſtudii tenetur reus actori inſtrumenta edere, ſicuti in aliis cauſis piis, & fauorabilibus. & ad hæc omnia eſt bonus text. in dicta l. quæ pater filio, in uerbo, pietate. Ex quo uidetur etiam probari cauſam ſtudii eſſe cauſam piam: ſicuti etiam uoluit expreſſe Alex. in addit. Barto. in l. Stichus lib. eſto, D. de lega. iii. & in l. ſi cui annum. D. de ann. lega. & ante illum Panormi. conſil. lxiii. quædam domina. col. iii. & 4. lib. ii. Veruntamen Bal. in repetit. l. i. col. xii. D. de legat. 2. dicit quòd relictũ cauſa ſtudii non dicitur ad pias cauſas, niſi ſit pro ſtudio ſacræ Theologiæ, quod et uidetur ſentire idem Bal. in l. i. ff. de legat. ii. in qua etiã ſententia uideri uoluit Capha. Cuma. conſil. xxviii. de fundo dato in præmium emancipationi, ubi dicit hanc cauſam nõ eſſe proprie piã, per not. in l. illud, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi quis Titio, D. de legat. ii. & donationem factam ex ea cauſa indigere inſinuatione, ſi excedat quingentos aureos, æque ac alias donationes nõ pias. Et utrunque ſequitur Iaſon in l. i. in prima lectu. col. penult. uerſi. ad de tamen. C. de ſacroſ. eccl. & in l. i. col. ulti. D. ſol. mat.

*In cauſa ſtudij reus tenetur actori edere inſtrumenta.*

*Relictum cauſa ſtudij non dicitur ad pias cauſas, niſi ſtudii Theologiæ cauſa relinquatur.*

Item legatum libertatis cenſetur relictũ ad pias cauſas, ut uidetur probare tex. in l. in teſtamẽto. ff. de fideic. liber. & melior in l. i. §. ulti. ibi, ad hàc rationẽ præfatus, & ibi not. Bald. C. de commu. ſer. manu. & in l. contra uoluntatem, ibi, iura pietatis, C. de teſta. manu. & in l. ancillam, in fin. C. de fideicommiſſ. lib. cum dicit, impium eſſe differre uolũtates teſtatoris, quæ ad libertatẽ reſpiciũt. & uoluit Barto. in l. ſi cui annum, poſt princip. D. de annu. lega. & in l. ſi iure, de teſta. manumiſ. & in l. ii. & iterũ in l. penult. de fideic. liber. & in l. unica. §. i. C. de cad. tollend. & Alex. in l. captatorias. col. 3. C. de teſta. milit. & conſil. cix. ſtatutis accurate perſpectis, col pen. verſi. poſſet & teſtator, lib. ii. & cõſi. lxxvi. ponderatis his, col. ult. lib.

*Legatum libertatis, cenſetur ad pias cauſas relictum.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lib.iii.& xc.plura narrata ſunt,col.iiii.lib.vi. & Iaſ. in l. i.§.ſi quis ita,col.v.verſic.circa illud. D.de verbo.oblig. & in l.qui Romæ,§.Flauius,col.iii.verſi.ego vltra alios, eod.titu.Et ubique docto. trahunt diſpoſita in libertate ad alias pias cauſas, ſ.in l.proxime.§.ulti.D.de his quæ in teſtament.delen.Specul.titul.de inſtru.editio.§.nunc aliqua.uerſicu.& ſcias,& in l.Titio uſusfructus,§.i.D.de cõdi.& demonſtra.& in l.ſi unus.C.de teſtamen.& in l.i. circa medium,& ibi etiam Angel.C.de bonis uacan.lib. x.& Bald.in l.ii.& in l.penult.C.de fideicõmiſſ. liberta. & in dicta l.ſi unus.C.de teſtamen.& in l.ſi iure.C.de teſta.manumiſ. & in l.i.§.in i.col.ult. C. de cadu. tollend. ubi plus dicit,quòd eccleſia & libertas eædẽ ſunt,id eſt, quòd eccleſia idẽ eſt quod ipſa libertas, ut illius uerbis loquar,per text.in §.vult enim,in authent.de non alien. & idẽ Bald.conſi.cxviii.caſus ſub tali forma,col.iii.uerſi. ſuper quinto puncto,& Roma.conſ.235. quo ad primũ, col.2.& in dicta authenti.ſimiliter, in infinitis prope locis,ut licet uidere ex his quæ ſuprà diximus Alex.qui illud poſtremum dictum Baldi ſequitur conſi. lxxvi.ponderatis his de quibus,col.vi.lib.iii.& docto. ſæpe.

*Diſpoſita in libertate trahuntur ad alias pias cauſas.*

*Eccleſia et libertas æquiparantur.*

Quinetiam uidetur fauoralibus eſſe legatũ, quàm ſit aliud legatũ ad pias cauſas: quod ex eo patet,quòd licet legatum piæ cauſæ non minuat legitimã filii,per text.in c.ulti.xvii.quæſtio.ulti.& gloſſ.in l.ſi quis ad declinãdã. C.de epiſcop.& cleric.& in l.Papinianus. §.i.D.de inof. teſta.& expreſſe conſuluit Alexand.conſi.xviii.non minuitur legitima,in princip.lib.iiii.tamen legata libertatũ non ſolum legitimam minuũt, ſed & ominino auferunt, per dictam l.Papinianus.§.quarta autẽ, ubi Raph.Fulg. in tertio notab.hoc expreſſe notat per illum text.fauorabilius eſſe legatum libertatis, quàm piæ cauſæ. Ex quo & illud facile perſpicitur legatum libertatis eſſe fauorabilius ipſa legitima,ut annotant ipſe Fulg.& Pau.Caſt. qui hoc dicit mirabile in d.§.quarta autem: cum tamẽ legitima ſit fauorabilior,quàm pia cã,ut patet ex eo quod diximus,& probatur in authentic.ſi qua mulier,ubi Bal. & Saly.

*Legatũ piæ cauſæ non minuit legitimam filij.*

*Legata libertatum legitimam omnino auferũt.*

*Legatum libertatis fauorabilius ipſa legitima.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& Salycet.not.C.de ſacroſanct.eccleſ. Verum eſt tamen quod gloſ.& communiter dicto. in dicto §. quarta autẽ, dicunt, quòd hodie legata libertatum non minuunt legitimam, per text.in §.prohibemus,in authent.de trien. & ſemis. Quamuis ille textus vere non loquatur de libertate,& glo.ibi etiam aliter tenet, & ſi loqueretur de libertate, nihilo tamen minus probaretur per illum §. quarta autem,fauorabiliorem eſſe libertatem, quàm piam cauſam,licet in eo caſu eſſet correctus per dictum §. prohibemus,neque enim correcta lege,cenſetur correcta ratio legis,quin ex ea argui poſſit.

*Hodie libertates non minuũt legitimam.*

Limita quod dictum eſt,legatum libertatis eſſe pium: vt procedat quãdo fit pro anima,vel amore Dei,alias ſecus,vt ſingulariter tenet Barto. in repetitio. l.i. C.de ſacroſanct.eccleſ. Sed hoc reprobat Imol.in l.captorias. D.de legatis primo,& Iaſon in dicta l.i.in vtraque lectura,in prima col.verſicu. nota iſtam pulchram limitationem,& in 2.lectura,col.antepenul.verſicul. credo quòd limitatio,& idem Iaſon in l.captatorias,col.vlt.in princ. C.de teſtamen.milit.& in dicta l.ſi vnus,col vlti.C.de teſtamen.per tex.in dicta l.i.§.vlt.C.de commu. ſeruo manu. vbi libertas non erat relicta pro anima, vel amore Dei,licet dicatur pia cauſa.

*Limitatio præcedentium.*

Item legatum factum ad conſtructionẽ & reparationem,ſiue refectionem pontium,& viarum,vt voluit glo. & poſt eam Nicol.Neapolit. Ang.& Alexan. in l.i.§.ad municipium, D.ad legem Falci.& Speculat.hoc intelligens cũ neceſſitas imminet,in dicto §.nunc vero aliqua, verſ.& ſcias quòd inter,titu.de inſtru.edit.& Ioan.And. in c.tua nobis,in verſi.alios,de deci.Bal.in authen. ſimiliter.C. ad legem Falcid. Floria. in l.cum de in rẽ verſo, col.2.verſi. ſed adde prædictis, D.de vſur.Alex. in dicta l.i.§.ad municipium.D.ad legem Falci.& Firmia.in tractatu de epiſcopo,in quarta parte,lib.4.quæſtio.31.verſic. congruenter dicendum, vbi alios allegan.& Philippus Decius conſil.72.viſo puncto,colu.3. Bernard.Landri.in additio.Barto.dicto conſil.26.Ideoque multi fuerunt

*Legatum in refectionem uiarum uim habet piæ cauſæ.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

runt in ea opinione, vt l. j. C. de fideicomm. loquens in alimentis, quæ vt diximus, vim habent piæ cauſæ, procedat & in refectione viarum, ita voluerunt Bartol. Bal. Angel. Fulgoſ. Alexand. & Iaſon in l. ſi certis annis. C. de pactis, Bartol. & Fulgoſ. in l. cum de in rem verſo, D. de vſuris. Bart. in ſua diſputatione, inci. quædam mulier. Anto. in repetitio. cap. peruenit, colum. 7. de cenſibus, Imol. in l. ſi vero. §. de viro, colu. 12. D. ſoluto matrimo. Matheſil. in tractatu extenſionum, Iaſon in dicta l. j. C. de fideicommiſſ. Et bene facit text. quòd ſicut alias valet legatum incertum fauore piæ cauſæ, vt ſupra diximus in quinquageſimoſexto priuilegio, ita & pro refectione pō tium, l. quidam in teſtamento, & ibi gloſſ. Bartol. & alii, de legatis ſecundo, & Barto. in l. ſi cui annuum, D. de annuis legatis. Et hæc res adeo fauorabilis eſt, vt licet quis habeat priuilegium immunitatis à publicis muneribus, tenetur tamen ad conſtructionem pontium & viarum, ſicut etiam tenetur eccleſia, licet ſit priuilegia, niſi ſpecialiter huius rei conceſſa fuerit immunitatis, l. i. & ibi notat Ioan. de Plat. C. de collation. fund. patrimo. libro 11. & l. abſit, & ibi Plat. C. de priuileg. dom. Ideo nec eccleſia, quæ priuilegiata eſt, ab ea re eſt immunis, l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanctis eccleſiis, & in noſtris cō ſtitutionibus Regiis, quas vulgo ordinationes vocamus, cauſa hæc ponitur inter eas, quarum ſententia mandatur executioni, non obſtantibus quibuſcūque oppoſitionibus, & appellationibus.

*Legatum incertum fauore piæ cauſæ ualet.*

*Legatum in refectionem pontium fauorabile eſt.*

*Legatum refectionis uiarum ponitur inter eas conſtitutiones Regias, quarum ſententia mandatur executioni.*

Item legatum factum pro patriæ (vt ſic dixerim) fortificatione, vlaet, pro cuſtodia ciuitatis, & locorum conſtructionem, ſiue refectione murorum, & foſſarum & cæterorum id genus. Ita voluit Speculator, hoc quoque intelligens, quando neceſſitas imminet in dicto verſiculo, & ſcias quòd inter, vbi ad hoc multa allegat Baldus in dicta authentica, ſimiliter, C. ad legem Falcidiam, vbi ad hoc rationem adducit, quia ex his cuſtodiuntur viduæ, orphani, & aliæ miſerabiles perſonæ.

*Legatum factū pro cuſtodia ciuitatis ad piam cauſam cenſetur.*

Item

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Item quicquid ſit ad publicam vtilitatem, id pium dicitur, vti expreſſe voluit Paulus Caſtrenſ. conſi. 194. viſo puncto. col. 2. verſi. pro hoc etiam, lib. 2. per l. i. §. vltimo. C. de cadu. tollen. & l. ad inſtructionem, C. de ſacroſanctis eccleſiis.

*Quicquid ſit ad publicam utilitatem, ad pium dicitur.*

Item legatum factum ad conſtructionē monumenti, vt voluit Bal. & Angel. in l. hæreditas. §. ſi defuncto, D. de petitio. hæred. & expreſſius idem Ang. in l. i. §. vltimo, Rapha. & Paul. Caſtr. D. ad legem Falci. Quod & concedit ibi Imol. quatenus neceſſarium eſt ad ipſum monumentum conficiendum. Nam quod præter neceſſitatem impeditur, id potius tendit ad vanam gloriam, & ſolatiū viuorum, & memoriam defuncti, quàm ad honorē Dei. Alexand. autem ibi diſtinguit, an monumentum tendit ad ornatum eccleſiæ, necne. Sed priorem partem indiſtincte ſequitur Firmianus in tractatu de epiſcopo, loco ſupra ſæpius allegato.

*Legatum factū ad conſtruendū monumentū dicitur pium.*

Item legatum factum meretrici, vt ad frugem melioris vitæ redeat, dicitur relictum ad piam cauſam, vt voluit Bal. in l. imperialis, in princip. col. i. arg. illius tex. C. de nup. & ſequitur Firmianus vbi ſupra.

*Legatum meretrici ut ſe corrigat.*

Item relictum pro incertis, & male ablatis, dicitur etiam ad piam cauſam, vt expreſſe voluit Bald. in dicta l. hæreditas, §. ſi defuncto, D. de petitio. hæredit. in prima lectu. & ibi quoque Angel. & vterque per nota. in clement. prima, de priuileg. & Florianus in l. cum quidam. §. ſi dies. D. de vſuris.

*Legatum pro incertis et male ablatis.*

Item relictum factum ad ſoluendum, & ſatisfaciendū creditoribus, dicit eſſe ad pias cauſas, vt voluit Vital. Nemau. in repetitio. c. Ioannes in tertio notabili, per illum text. de teſtament. pro quo facit quod dicit Bald. in l. id quod pauperibus, in 9. quæſtione, C. de epiſcop. & cleric. quòd executor deputatus ad ſoluendū debita, poteſt ſoluere debita naturaliter tantū, quia in foro animæ tantum valet debitum naturale ſolū, quantum naturale, & ciuile ſimul. Sed aduerte quod in dicto c. Ioānes, magis videtur innuere contrarium, dum ſeparat pios vſus, & debitorum

*Relictum ad ſoluendum creditoribus dicitur eſſe ad pias cauſas.*

*Executor deputatus ad ſoluendum debita, poteſt ſoluere debita naturaliter tantūm.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

bitorum ſatisfactionem. Et propterea ſentiunt illic Innocen. Hoſtien. Ioan. And. & Panor. quòd huiuſmodi relictum non dicatur ad pias cauſas. Poſtremo ſi amplius vis ſcire quæ dicantur legata ad pias cauſas, vide Speculat. & Ioan. Andr. in dicto §. & ſcias quod inter. Bald. & Roma. in dicta authenti. ſimiliter, Petr. Peruſi. in dicto tractatu canonicæ epiſcopalis, cap. 10. & Firmia. in dicto tractatu de epiſcopo, in quarta parte libri quarti, in quæſtione 31. verſiculo, congruenter eſt dicendum.

INCIPIT

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# INCIPIT DE PRIVILEGIIS PIAE CAVSAE TRACTATVS.



VPEREST nunc vt veniamus ad noſtra duo capita, videlicet c. cum eſſes, & cap. relictum. de teſtam. Sunt enim qui dicunt ea tantum debere intelligi de relictis ad pias cauſas, & ex his gloſ. ordinaria in vtroque loco, & gloſ. in ſumma 2. quæſtio. 4. & Goffr. in ſumma de teſta. titu. de numero teſtium. Fulgoſ. conſi. 29. cuius caput eſt, punctus quæſtionis. Paul. Caſt. conſi. 31. iſta inſtitutio, lib. 2. Alii tradunt per illa capita eſſe omnino & in omnibus iuri ciuili derogatum, etiam quo ad forum ſecularem. Cuius opinionis & ſententiæ fuerunt Ala. Vinc. Gof. Hoſtien. Anton. Panormit. col. 2. & col. 4. in d. c. cum eſſes, & Brix. in d. ſumma, 2. q. 4. & Domin. conſi. 49. quod ita incipit, ſuper iſto puncto. Hoſtienſ. in ſumma, titu. de teſta. §. qualiter conficiatur, & è recentiorib. Stepha. Bertrand. conſ. 23. Chriſti ſaluatoris &c. l. b. 2. Alii item quòd in terris Imperii. & in iuriſdictione ſeculari ſit lex ciuilis ſeruanda, præter quàm in legatis ad pias cauſas, in quibus vbique eſt ſeruanda diſpoſitio d. cap. relatum, in terris vero temporalis iuriſdictionis eccleſiæ in vtroque foro eccleſiaſtico ſit obſeruandum dictum cap. cum eſſes, in legatis ad non pias cauſas. In qua ſententia videri voluit Ioan. Ana. in d. c. cum eſſes, vbi & hoc dicit conſuetudine obſeruari, & ibi expreſſius Ioan. de Fan. Ioan. Cal. Petr. Peruſ. Andr. Cardi. Florent. Imol. qui hanc dicit eſſe communem opinio. Petr. Peruſ. conſi. 117. Feder. Senenſ. conſil. 217. factum eſt tale, quidam nomine P. Soci. conſil. 235. viſa contingentia, col 2. in fine, vbi etiam dicit hanc eſſe communem

*Verų intellectus ca. cum eſſes, et cap. relatum. de teſta.*

*In iuriſdictione ſeculari lex ciuilis eſt ſeruãda.*

*Diſpoſitio c. relatum, ſeruanda eſt vbique in legatis ad pias cauſas.*

*At cap. cum eſſes, in legatis ad nõ pias cauſas.*

 munem

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

munem opinionem Corne. qui & hoc dicit conſi. 168. in præſenti, col. 3. verſi. tamen communis lectura, lib. 2. & conſi. 297. videtur quòd dicta fraternitas, col. 3. verſic. tamen his, lib. 4. vbi dicit hanc eſſe communem lectionem.

*Alij generalius diſtinguunt.* Alii quoque generalius, vt in foro ciuili ſeruetur lex ciuilis, in canonico cap. cum eſſes, in vtroque dictum c. relatum, in relictis ad pias cauſas, quæ fuit ſententia Imolæ in d. c. relatum, & ita pronuntiaſſe Innocen. IIII. in publico conſiſtorio, ſcribit Bal. conſi. 284. dominus Rainutius, lib. 3. *Alij aliter.* Alii rurſum, quòd ſemper in relictis ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes, per dictum c. relatum, in aliis vero requiratur & parochianus vltra duos teſtes, per dictum c. cum eſſes, vbi hoc voluit Panor. in fi. lect. & in repeti. col. 5. cum ſequen. & ibi Ioan. Ana. poſt antiquiores, & Speculat. titu. de inſtrumen. edit. §. compendioſe, verſi. item per ius canonicum, & Cardina. Floren. conſi. 73. puto de iure, col. i. Alex. conſi. 105. viſo & diligenter conſiderato, col. 4. verſi. imo fortius, lib. 4. Barb. conſ. 87. col. 4. lib. 4. Corne. conſil. 261. de duobus principaliter, col. vlti. lib. 4. *Alij rurſus aliter.* Alii denique in alia ſunt ſententia, vt per Domin. conſi. 49. ſuper iſto puncto, Ioan. Cal. conſi. 8. titu de teſta. & Ro. in reper. authent. ſimiliter, in 3. & 4. ſpeciali, inter vltimas voluntates, C. ad leg. Falc. & Cor. conſi. 77. licet autem, lib. i. & conſi. 137. placet mihi, lib. 2. & Philip. Dec. conſi. 284. viſo puncto, in 2. dubio. Non tamen mihi eſt animus omnium omnia adducere, ſatis eſt, quantum ad hunc locũ pertinet, quòd omnes in hoc conueniunt, quòd in relictis ad pias cauſas vbique ſufficiãt duo teſtes, iuxta dictum cap. relatum.

## Primum priuilegium.

*In relictis ad pias cauſas duo ſufficiunt teſtes, tam iure ciuili, quàm canonico.*

QVOD primum priuilegium erit (vt duo ſufficiãt teſtes) eorum, quę hic cõmemoranda & enumerãda putauimus,

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uimus, cõmunemq; illam ſententiã, præter illos quos ſupra citauimus, receperunt Bar. qui & hoc dicit procedere de iure ciuili. Bal. Ioan. Fab. Salic. Fulgo. Paul. Caſtr. Franciſ. Aret. & alii in l.i. C. de ſacroſanc. eccleſ. & Bald. conſ. 167. thema proponitur, in fi. lib. 2. & conſi. 20. ſuper primo puncto, in prin. lib. 5. & in l. hæreditas, colum. 2. in duobus locis, D de petitio. hæredita. Salycet. in l. generali, C. de ſacroſanc. eccle. Raphael Cuma. qui & id voluiſſe videtur, procedere de iure ciuili, conſi 169. viſo teſtamento, col. i. Alex. conſi. 41. viſo tenore, col. 2. lib. penulti. & d. conſi. 105. viſo ac diligenter conſiderato, col. 4. lib. 4. Corne. conſi. 77. licet autem, col. i. verſi. tamẽ pręDictis, lib. penul. & conſi. 261. in hac conſultatione, col. 2. eodem libro, & conſi. 137. placet mihi, & conſi. 166. minime dubium, in princip. lib 3. & omnibus locis infra allegatis, & plerique omnes vbique.

*An coram duobus poſſit actum ... [illegible]*

*In pijs cauſis duo ſufficiũt teſtes. Etiam iure ciuili.*

## Secundum priuilegium.

*Teſtamentum immediate, ſine alicuius alterius inſtitutione, ad pias cauſas factum coram duobus teſtibus deponẽtibus, infirmat prius teſtamentũ ſolenniter coram ſeptẽ teſtib. peractũ.*

SECVNDVM erit priuilegium, vt primum teſtamẽtum factum coram ſeptem teſtib. tollatur per ſecundum factum ad pias cauſas, coram duobus, & ita conſuluit Paul. Caſt. conſi. 262. dubium facit in ſuprascripto puncto, lib. 3 & ſequitur Alex. in l. hac cõſultiſſima, §. ſi quis autem, col. vlti. C. de teſtament. per l. 2. D. de iniuſt. teſta. & conſi. 46. viſo themate, in fi. lib. 2. & conſi. 106. viſo & diligenter conſiderato, col. 2. verſ. quinto adduco, lib. 4. & Barb. conſi. 43. col. 4. lib. 3 & Iaſon in l. ſi ita ſit ſcriptum, col. 5. verſi. nota diligenter, D. de leg. i. & Philipp. Decius in l. nihil tam naturale, D. de regulis iuris.

*Teſtamentũ ſolẽne tollitur per minus ſolenne.*

Hoc autem intellige, vt videlicet ſufficiãt duo teſtes, deponentes de teſtamento ad pias cauſas, licet nõ ſint in ſcripti in eo teſtamẽto. Neq; enim hoc caſu, duo teſtes

*Duo teſtes deponentes de teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

requiritur ad ſolennitatem teſtamenti,ſed ſolũ ad probationem,vt dicit Bal.in d.l.i.in repetitio.col.9.verſ.ſuper prima quæſtione, C.de ſacroſanc.eccleſ. vt probatur in d.c.relatum, quod omnino fundatur in diſpoſitione iuriſgentium,vel diuini,cuius ſtatutum eſt,in ore duorum vel trium ſtare omne verbum, vt ſcribitur Deuteronomii 17.& alibi ſæpe repetitur, tanquam huiuſmodi teſtamentum ad pias cauſas non exigat ſolennitates iuris poſitiui,ſed omnino reguletur(vt noſtri loquuntur)ſecundum ius gentiũ, vel diuinum, quod quidem ius nullã in factis hominũ ſolennitatem requirebat, ſed ſatis erat ea teſtimonio duorum,aut trium hominum probari. Sicuti etiam videmus de iure ciuili in cõtractibus, in quibus ſi teſtes non interueniat per modum ſolennitatis,ualẽt & poſſunt probari,vel per teſtes, vel per confeſſionem,vel alias,vt patet per totum titul. D.& C.de confeſſ.& ita in ſpecie.conſuluit Corne. conſi.215. videtur prima facie, colum.2.lib.2.& conſi.307.cuius eſt ſimile initium,col.3.lib.3.in quib.locis illud ex eo ſubinfert; quòd etiam ſi nulli omnino teſtes interuenerint in teſtamento ad pias cauſas, fateatur tamen pars teſtamentum fuiſſe factum, ſed dicat non valere,*quia teſtes non interuenerint*, iudicandum eſt pro teſtamento, vt etiam in ſimili dicitur in teſtamento inter liberos,& nota.per docto.in l.hac conſultiſſima,§.*ex imperfecto*,C.de teſtamen. & propterea ſubdit ipſe in vltimo loco,ſi is qui vere ſciret huiuſmodi teſtamentum fuiſſe factum, nec tamen ſatisfeceret relictis ad pias cauſas,quia deeſſent teſtes,qui de teſtamento deponerẽt,in foro conſciẽtię peccaret,quia deficeret probatio,nõ ius,vt in ſimili dicit text.in l.duo ſunt Titii, D.de teſt.tutę.& ſciens nõ indiget probatione,iuxta l.i. in fi. D.de actioni.empti.& c.eum qui.de regul.iur.in 6.

*Statuto diuino in ore duorum vel trium ſtat omne uerbum.*

*Idem in contractib. ſeruatur.*

*In teſtamẽto inter liberos non opus eſt interuẽtu teſtium.*

*Sciens non indiget probatione.*

*Quod de duab. teſtib. dictũ eſt, procedit, ſi immediate ſit pijs cauſis relictũ.*

Hoc autẽ intellige, vt videlicet duo teſtes ſufficiãt in teſtamento ad pias cauſas, cum legatũ immediate proxime que relictum eſt piis cauſis,quia ſi teſtator reliquerit cuipiã priuato, & illi quidẽ grauato reſtituere pio loco, non ſufficerẽt duo teſtes,vt tale relictũ valeat,vt notab.

voluit

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uoluit bar. in l. ulti. per illu text. D. de his quæ pro non ſcrip. ha. quod dictũ ſimpliciter refert, & dicit ſing. Iaſon in l. Marcellus, col. viii. uer. ſed aduer. D. ad Trebel. Sed contra hoc uide quæ dicã infra in uigeſimotertio priuilegio, poſt princ. & uide etiam non Soci. ſed aliũ inter conſil. illius, conſilio cccccxviij. colum. ii. uerſiculo, præterea, libro primo.

*Ita ut in ipſo teſtamẽto pia cauſa inſtituatur, et non alius.*

Intelige item in teſtamento, in quo pia cauſa inſtituitur. Nã ſi alius eſſet inſtitutus, nõ ualeret ſine ſolennitate iuris communis, etiam in relictis ad pias cauſas, cũ nõ ualeat caput teſtamẽti, ut uoluit Salyce. in authen. caſſa. in ix. quæſtio. C. de ſacroſ. eccleſ. Imol. in ca. quidã clericus, de foro compe. Alex. conſi. clxxvii. uiſo themate mihi exhibito, colum. i. uerſi. nec prædictis, libr. ii. & conſil. cix. ſtatutis accurate perſpectis, col. pen. uerſi. poſſet & tertia ratione, lib. ii. Soci. cõſi. v. in fin. lib. iii. & cõſil. 114. uidebatur prima conſideratione, colu. ii. uerſ. & pro hoc, lib. 4. & Iaſon in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, col. iii. uerſi. in caſu autem contrario, C. de teſta.

*Contrarium tenentes.*

Contrarium tamẽ uoluit Ioan. Calde. cõſi. ulti. titul. de conſtitutio. quòd ſcilicet ualet teſtamentũ quo ad legata ad pias cauſas, per text. ſimilem in dicta l. hac cõſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtamen. Cuius ſentẽtiã adfert ipſe Socinus conſil. xlix. uiſo inſtrumento, colu. ulti. uerſicu. non omitto. libr. 4. ubi eius rei ſuſpendit ſentẽtiam: uide Iaſo. in d. §. ex imperfecto. Quod ſi è diuerſo ſit inſtituta pia cauſa, ualent legata aliis facta in hmõi teſtamento, in quo tantũ duo teſtes fuerunt adhibiti, ut uoluit Salycetus in dicta authẽt. caſſa. & Anto. in dicto c. quidam clericus, colu. penulti. & Alexand. qui hoc dicit ſingul. conſil. xli. uiſo tenore. col. ii. uerſicul, quinto, lib. i. & uide quæ dicam in ſimili infra in ſexto priuilegio, in fi. Tu tamẽ ſuper hæc uide Iaſ. in loco ſupra allegato, & nouiſſime Soci. (ſi is eſt) in tracta fall. in regul cccx. incip. priuilegia, ubi multa uelut in unum corpus de induſtria congeſſit, quibus non pauca adiiciemus. Primo autem loco continuabimus priuilegia circa ultimas uolũtates, &

*Confirmatio cõtrariæ ſententiæ.*

quæ

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quæ illas reſpiciunt: deinde & alia continuatio ordine ſubiiciemus.

## Tertium Priuilegium.

*Rogatio teſtium non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas, nam in eo ſolùm iuris gentium uel diuini ratio habetur.*

*Teſtes rogati ad pias cauſas non ſunt neceſſarij.*

TERTIO igitur loco, ex his quæ diximus ſatis conſtat non eſſe neceſſe teſtes adſcriptos in teſtamento ad pias cauſas eſſe rogatos, cùm ea ſolennitas ſit iuris merè poſitiui, non iuris gentium, aut diuini. Ita expreſſe voluit Ioan. And. in cap. relatum, de teſtamen. & in additionibus. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. compendioſe, uerſi. itẽ per ius canonicum, Bar. in repetitio. l. 1. col. antepe. in fi. & ibi etiam Bal. primùm in lectu. paulò ante finem: deinde & in repetitio. col. 14. verſ. ſuper quarto puncto, C. de ſacroſ. eccl. Bald. conſi. 152. ſuper primo puncto, lib. 4. & conſi. 26. ſuper primo puncto, poſt prin. lib. 5. & cõſi. 230. teſtamentum de quo quæritur, libro 5. ubi tamen ſubdubitat Anto. Imol. Panor. & Card. in d. c. relatũ, poſt princip. & in c. cùm eſſes, de teſtamen. & Pau. Caſtren. conſi. 26. certum eſt quod dominus, ad fin. lib. 1. & conſi. 85. viſa dicti facti narratione, eo. lib. & conſi. 327. dubium facit in ſuprascripto puncto, eod. lib. & conſi. 416. uiſis & examinatis, col. 2. eod. lib. & conſi. 25. ſuper eo quod quæritur, lib. 2. Corn. in authen. quod ſine, colum. vlti. eo. tit. & conſi. 278. conſuluit dominus, colum. penult. uerſiculo, item placet, libro 1. & conſi. 148. niſis nonnullis, colu. 2. lib 2. & conſi. 215. videtur prima facie, col. vl. libro 2. & conſi. 118. in hac conſultatione, colum. penult. eod. lib. 4. & conſi. 367. uidetur prima facie, col. 4. verſi. & per conſequens patet, eo. lib. 3. & conſi. 249. dicta diſpoſitio, col. 3. uerſi. nec etiam obſtat, lib. 4. & uidetur uoluiſſe Alex. conſi. 70. uiſo conſilio, columna ulti. libro 2. & conſi. 4 attentis narratis, columna ſecunda, verſiculo, prætermiſſis, libro ſeptimo, & conſilio 131. ſuper themate, poſt prin.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

princip. eodem libro. ubi dicit hanc eſſe communem opinionem. & Soci. in dicta regul. cccx. in xxxii. priuilegio, & barbat. conſil. xlii. clementiſſimum Deum, col. v. lib. 4. & conſil. lxxxvii. prope eſt dominus, colum. v. & iterum col. ult. eodem libro 4. & Stepha. bertran. conſil. xciiii. relicta, in princip. lib. ii.

Contrarium tamen tenuit Franciſ. Areti. antiquior in quodam ſuo conſilio, ſicuti illum retulerunt Anto. & Panormita. in dicto c. relatum, & idem quoque tenuit Lapus, alleg 30. ubi dicit ita de facto bal. cõſuluiſſe, & Pau. Ca. ſibi cõtrarius, conſi. ci. ad primũ quæſitũ uidetur reſpondendum, in quarto dubio, lib. 2. & Rom. in repetiti. d. authent. ſimiliter, in ii. ſpecialitate ultimarũ uoluntatum, & Corne. ſibi contrarius cõnſ. cccviii. pro deciſione præſentis, col. iii. uerſic. hæc quidem ſunt ſane uerisimilia, iunctis his quæ prius ſcripſerat lib. iii. & Ludo. Bolo. in addit. conſil. Ioan. Ana. conſi. xxviii. viſis & accurate attentis, col. 4. Mouentur primo, quia non inuenitur correctum ius ciuile. Secundo per tex. in dicto c. relatum in illis uerbis, tribus, aut duobus legitimis teſtibus requiſitis. Quæ uerba idem ſignificant, quod teſtibus rogatis. Nihil enim aliud eſt rogare teſtes quàm, eos requirere, ut adſint actui, per text. in authent. de teſtibus, §. & licet. in illis uerbis, dũ ad hoc ipſum adſumantur teſtes. iunctis uerbis, hæc enim inania, & ex tranſitu prohibita teſtimonia, & iũcta authẽ. rogati. C. eodẽ titu. Et propterea adhibiti teſtes in teſtamẽto (quod nihil prorſus aliud eſt, quàm requiſiti (ſufficiunt, Inſtitu. de teſtamẽ. §. ulti. iuncta l. hæredes palã, § pen. D. eodẽ, & l. hac cõſultiſſima, in prin. C. eo. cũ ſimil. & ad idem eſt tex. iuncta gl. in l. nullũ, D. de diuort. & gl. in l. ſcripturas, ubi bald. C. qui pot. in pigno. hab. exponit teſtibus adhibitis, id eſt, rogatis.

*Contrariæ opiniones authoris.*

*Eorundem rationes.*

*Requiſiti teſtes.*

Itẽ licet milites poſſint quibuslibet modis teſtari, ſeruato duntaxat, iure gentium, l. i. D de teſtament. milit. cũ ibi nota. debent tamen teſtes in eorũ teſtamento eſſe rogati, per l. diuus eodem titul. quẽ ibi ad hoc not. & dicit ling. Ang. eſt tamen ſimilis in §. i. Inſti. eo. titu.

*Milites quibuſlibet modis teſtantur, ſeruato tamen iure gentium.*

*Modò teſtes ſint rogati.*

Sed

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Reſponſio ad contraria.* Sed Corne. in locis ſuprà allegatis, has obiectiones facile diſſoluit. Nã quod ad primã pertinet, ex quo d. c. relatum, dicit expreſſe cauſam teſtamentorũ ad pias cauſas nõ eſſe tractandam ſecundũ leges, ſed omnino eſſe ſequendũ ius gentium, ſiue diuinum, ut ſupra ſæpius diximus, ſatis in hoc uidetur eſſe correctum ius ciuile. Ad illa autẽ uerba, teſtibus requiſitis, reſpondet Corne. multis modis Primũ, quia textus ille nõ loquitur de teſtibus requiſitis, ut intereſſent teſtamento, & illa uerba referũtur ad præceden. uerbum, tractetur, quod quidem refertur ad iudices, & eſt uerbum futuri temporis, & tamen teſtamentum erat factum de prætertio, & qualitas adiecta uerbo, intelligitur ſecundũ tempus uerbi, l. in delictis §. ſi extraneus, de noxal. actio. l. ex facto, & ibi Bar. D. de uulga. & pup. l. Lucius. ff. de mil. teſt. Et ideo loquitur de teſtibus, qui reqiruntur tempore iudicii, ſcilicet ad probandum teſtamentum. Sed & quod non intelligatur, requiſitis, id eſt, rogatis, prout leges. uolũt teſtes eſſe rogatos in teſtamẽtos, ex eo facile apparet, quod ille text. nõ ſolũ loquitur in teſtamento, ſed, & in aliis ultimis uolũtatibus, quia generaliter loquitur de relictis eccleſiæ, nõ ſe reſtringens ad teſtamentũ. Conſtat autẽ quòd in relictis etiã nõ piis cauſis, non requiritur generaliter. ut teſtes ſint rogati, per l. ulti. §. in omniũ, C. de codicil. Et abſurdum eſſet dicere, quòd maior ſolennitas requiratur in relictis piis cauſis. quàm aliis, & omnino, contra mentem dicti cap. relatum. Nam ſine miniſterio authen. de teſtib. §. & licet, dicit ille tex. reſpiciens non ad ſolẽnitatẽ, ſed ad probationem. requiſitis teſtibus, quia etiam debẽt teſtes requiri, ut deponãt, non autẽ ſe ingerere, alias ſuſpicione nõ carerent, per l. quæ omnia. ubi Angel not. ff. de procurat. & not. etiã gloſſ. in l. presbyteri, C. de epiſco. & cle. Iac. Bella. in authent de teſt. §. ſi uero ignoti, & Bart. in l. poſt legatũ, §. ſi uerò, D. de his quibus ut indign. & ita etiã intelligit. illa uerba, requiſitis teſtib. Imol. in d. c. relatũ, & Barb. dicto. coſil. 87. colum. ulti. libr. 4. ad dictam l. diuus, reſpondet poſt Bald. in authent. quod ſine,

*In piis cauſis maximi eſt momenti ius gentium ſiue diuinum.*

*Qualitas adiecta uerbo intelligitur ſecundũ tempus uerbi.*

*In relictis non piis non requiritur generaliter teſtium rogatio.*

*Abſurdum.*

*Teſtes ſe ingerentes ſuſpicione non carent.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ne, C. de teſtam. quòd teſtes ideò debent eſſe rogati in teſtamento militum, ut ex eo poſſit certo diiudicari militem proferendo uerba, quæ ſonant in teſtamentum, ea deliberatè, & feriò, animoq; teſtandi, non iocò, non perfunctoriè protuliſſe, vt ſæpe ſolẽt aliàs: ſicuti & alibi huiuſmodi rogatio ponderatur in l. Pamphilo, §. propoſitũ D. de leg. 3. Et ita ſatis exprimere videtur text. in dicta l. diuus ibi, ut prius conſtare debeat factum eſſe, & in illis uerbis, alioquin &c. Ex quibus clarè apparet rogationẽ non eſſe requiſitam ad ſolennitatem teſtamenti militis, quin videlicet valeat ſine illa, quoquo pacto poſſit conſtare teſtamentum fuiſſe factum. Sicuti in ſimili dicimus in teſtamento parentum inter liberos, in quo non requiritur rogatio teſtium, ut voluit gl. in l. vl. ad fi. C. de teſt. Ang. Paulus Caſt. & recentiores in dicto §. ex imperfecto. Ang. in auth. de teſt. imperf. in prin. Nã vt dicit Bal. in dicta authen. quod ſine; in parentibus erga liberos præſumitur deliberatio, argumen l. nec in ea. ad legem Iul. de adul. quia naturalis ſtimulus urget patrem ad cogitandum de liberis, l. amiciſſimos, §. vlt. de excuſ. tut. At in teſtamento militis, in quo huiuſmodi deliberatio non præſumitur, ſi obiiceretur militem ipſum non protuliſſe verba ſonantia in teſtamẽtum, ac non deliberatè protuliſſe, neceſſe eſſet ad probãdum animum, adferre rogatum teſtimonium, & alia quæ id arguerent.

*Ratio, cur teſtes debeant eſſe rogati in teſtamento militis.*

*Rogatio non eſt de ſolennitate teſtamenti militis.*

*Nec teſtamenti inter liberos.*

*In parentibus erga liberos præſumitur deliberatio.*

*Quæ non præſumitur in militis teſtamento.*

## Quintum Priuilegium.

*In pijs cauſis ſola ſubſcriptio manu teſtatoris, ſine teſtibus facta, uim teſtamenti obtinet.*

QVARTO accedit proximè ad ea quæ dicta ſunt in præcedentibus, quòd teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum ſine teſtibus, ad pias cauſas valeat: ut expreſſe voluit Imol. in l. ſi is qui. D. de teſtamen. & ſequitur Corn. dicto conſi. 307. col. 4. verſicu. & licet ſint conteſtes, libro 3. Nam etiam (inquiunt) hoc ſufficit in teſtamento

*Teſtamẽtum ſine teſtibus ad pias cauſas valet.*

inter

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Idem in teſtamento inter liberos.*

*Voluntas inter liberos, probatur quibuſcunque indicijs.*

inter liberos,per auth. ſi modo, C. fam. herciſ. quæ ſolũ requirit ſubſcriptionem manu teſtatoris,quæ quidẽ non plus operatur,quàm tota ſcriptura ipſius teſtamenti,argum.authen.quod ſine,C.de teſtamẽ. & §.nos quidem, cum ſequent.in authen.de tab. Et hoc quoque probatur, vt dicunt in dicta l.vlt.C.fam.erciſc. quæ ſtatuit uoluntatem inter liberos poſſe probari quibuſcunque indiciis, quod & idem affirmat Bal.in dicta authen. quod ſine.

## Quintum Priuilegium.

*In pijs cauſis ſolum ius naturale conſideratur: et ob id mulieres non minus in teſtamento ad pias cauſas, quàm inter liberos teſtes habentur idoneæ.*

*Mulieres teſtes idoneæ in pijs cauſis.*

*Item in teſtamento inter liberos.*

*Contrarium tenentes.*

QVINTO ex præcedentibus quoque proficiſcitur, ut etiam mulieres ſint teſtes idoneæ in teſtamẽto ad pias cauſas,cum iure naturali mulieres non reperiantur prohibitæ,ſed ſolum de iure ciuili,vt ex eo patet,quòd in teſtamento inter liberos poſſunt eſſe teſtes, vt not. glo.in auth. quod ſine,& ibi Bal.& alij,C.de teſtam.& glo.in §. quod & ſæpe,in authen.de trien.& ſemiſ.& l.vlt.C.fam. erciſc.& Bart. & alii,in d.§.ex imperfecto. Imol.in l.qui teſtamento,§. mulier, D.de teſtamen. Fran. Aret. & Fel. in c.quoniam,de teſtib. Et ita etiam in teſtamẽto ad pias cauſas voluit Bal.in d.l.i.ante fi.in lect.& etiam in repeti.col.14 verſi.oſtenſo de principalibus perſonis,C.de ſacroſ.eccl.& conſ.230.teſtamentum de quo quæritur,eodem lib.5.vbi tamen dicit eſſe dubium, Ang.conſi.232.in caſu prædicta,col.1.Petrus Ancha in d.c. cùm eſſes, in quarto nota.& ibi etiam Imol.& Panorm.col.1. & iterũ vlt.teſtamen.& idem Panorm in dicto cap.relatum,colum.1.de teſtameo.Paul.Caſt.conſi.327.dubium facit in ſupraſcripto lib.1.Barb.conſi.87.prope eſt dominus, colum.5.& ſeq.libro 2. Alexan.conſi.105. uiſo ac diligenter,colum.4.verſi.ſecundo reſpondeo,libro quarto,Corne. conſi.201. in hac conſultatione, colum.1.libro 1. & conſil.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

conſil.clxviii.in præſenti,colum.iii.libro iii.& conſ.215 uidetur prima facie.colum.iii. libro ii.& idem Alexand. conſil.clxxvii.uiſo themate, colum.ii. uerſiculo,& licet dominus.libr.ii.Soci.in dicto tractatu fall. regu.cccx.in xxxvi.priuilegio,& Lanfran.Oria.in repetitio.c.quoniã contra falſam,in uerbo,teſtes. uerſicu & primo quæritur,ibi,inter liberos,de probatio.& nouiſſime Iaſon in l. hac cõſultiſſima,in princip.colum.ulti. C.de teſtamen. Philip.Deci.& Fely.in dicto c. quoniam, de teſtibus,& idem Decius in l. fœminæ. D de regulis iuris.

*Contrarium tenentes.*

Contrariũ tamen tenuit Specula.titu.de teſtament.§.i.uerſicu.item quod eſt melius.Federic.Sen. conſil.217. factum eſt tale,quidam nomine P.in fi.per iura vulga.diſponentiam mulierẽ non eſſe teſtem idoneã in teſtamentis.& poſt illum Roma.in dicta authẽtic.ſimiliter, in 16. ſpeciali circa ultimas uoluntates,C.ad legem Falcid.motus per text.in dicto c.relatũ,in uerbo,teſtibus legitimis & aliis quibuſdam leuibus rationibus,quibus ſatis reſpõſum eſt ex his,quæ ſupra diximus,ne iterum repetamus. Subdit tamen in fine,quòd licet hæc opinio ſit uerior:tamen præcedens forte in practica ſerueretur. quia cõmunis eſt.& hanc ſimplciter refert,quaſi ſequatur Barbat. ſibi contrarius conſi.cviii.clementiſſimi Dei patris,colu. penulti.in princip.libr.i.& conſil.xxxviii.difficile, colu. viii.libro.iii. & non obſcure in dicto c.relatum, & in cõſ. lviii.clementiſſimi Dei colu.antepenult. & Soci.qui dubitat,conſil.xcii.in cauſa domini Antonii.colum.2.uerſi. quinimo diſputatur,libro iii.Sed & hanc partem ſequitur intrepidie,& conſtanter Benedict.Cap.cõſil.lxxv.& facit in hanc partem,quod ſcribit Bald. conſ.cclxiiii.ad euidentiam, in fin.quòd ſufficiunt duo teſtes in legato ad pias cauſas,modo ſint omni exceptione maiores. At mulieres nõ ſunt eiuſmodi ſecundum Alex.conſil.lxx. uiſo conſil.colum.v.uerſicul.bene facit, libro.ii.& Cepola conſi.xxxii.quidam ruſtici.col.ii.uerſic.primo fuerũt. Decius in l.fœminæ.col.v.in xvi.caſu,uerſi. & caſu quo D.de regulis iuris.

*Mulier non eſt idonea teſtis in teſtamentis.*

*Requirũtur duo teſtes in legato ad pias cauſas omni exceptione maiores.*

Sextum

## Sextum Priuilegium.

*In pijs cauſis ualet teſtamentum non lectum coram teſtibus, uiuente teſtatore, nec in publicam formam redactum: niſi primò cauſas teſtator expreſſerit, deinde et aliud ad pias cauſas minus ſolenne fuerit.*

*Mortuo teſtatore ante lectũ coram teſtibus teſtamentum, nihil ualiturũ eſt.*

SEXTO, ex eodem fonte manat, quòd licèt aliàs non ualeat teſtamentum à tabellione, aut ab ipſo teſtatore conſcriptum, ſi ante decedat teſtator, quàm fuerit lectum coram teſtibus, & in publicam formam redactũ, per tex. not. in l. fideicommiſſa, §. quoties, & in gl. Bar. & alii, D. de leg. 3. Fallit tamen in teſtamento ad pias cauſas in quo id neceſſariò non requiritur, ut uoluit Dy. in l. Lucius, 2. D. de mil. teſt. per illum text. loquentem in teſtamento militis, quem & ipſe Dynus trahit ad teſtamentum ad pias cauſas, & Rom. qui hoc reputat ſin. in d. l. authẽ. ſimiliter, in 13. ſpeciali circa ultimas volũtates. Imol. in d l. fideicõmiſſa, & ibi quoque Alex. in addi. Bar. & idẽ Imo. conſi. 75. uiſa dicti facti, lib. 1. & d. c. cùm eſſes, de teſta. Pau. Caſt. cõſi. 25. ſuper eo quod quæritur, lib. 2. Corne. cõſi. 53. pro deciſione, col. 3. lib. 1. conſi. 118. in hac cõſultatione, col. 3. verſi. nec obſtat dictum, lib. 3. vbi & idẽ concludit eſſe in teſtamento inter liberos, ad hoc multũ allegans cõſi. 307. prima facie, in prin. Inn. in his, quæ dicit, col. 7. verſ. nec obſtant adducta in contrariũ, lib. 3. & Soci. d. reg. 300. in 24. priuileg. Barb. latè conſ. 42. feciſſet teſtamentum ad pias cauſas, & Alex. conſi. 4. attẽtis narratis, col. 3. & 4. lib. 7. & Iaſon in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, colum. :. C. de teſtament. Et hoc quidem cõfirmatur: quia nec in teſtamento inter liberos ea ſolennitas requiritur, ſecundum Bartol. in dicta l. fideicommiſſa. §. quoties, & Imol. in l. ſi is qui. D. de teſtamẽt. & Corne. ubi ſupra, quicquid. ſenſerit gloſſa. in d. l. ſi is qui.

*Niſi ad pias cauſas teſtatus ſit.*

*Idem in teſtamento inter liberos.*

*Reſtrictio præcedentium.*

Hoc intellige procedere, niſi primo teſtator cauſas expreſſiſſet, deinde feciſſet aliud ad pias cauſas, quod tamen

non

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

non fuit lectum coram teſtib. & in publicam formã redactum. Certe hoc poſtremũ teſtamentũ nullius erit roboris, nec ex eo cenſebitur primum reuocatũ. Ita conſuluit Oldrad. conſi. 119. Titius cõdidit teſtamentũ, per text. in §. ſed hoc præſenti, in fin. in authen. de ſanctiſ. epiſcop. & alia quæ ipſe allegat, quem ſequitur Ioan. Ana. in addit. Speculat. titu. de inſtru. edit. §. cõpendioſe, verſi. & quid ſæpius, in additio. col. penul. & Petr. Anch. in d. c. cum eſſes, de teſtamen. & Barb. d. conſi. 42. col. 7. verſi. nec obſtant allegata, & col. ſequen. lib. 4.

## Septimum priuilegium.

*Teſtamentum imperfectum, totius uoluntatis imperfectione, quantum ad ea, quæ pias cauſas concernunt, ualere interpretandum eſt.*

*Teſtamentũ imperfectũ in pijs cauſis habet effectum.*

SEPTIMO, hinc quoque efficitur, quod præcedẽti eſt finitimum, vt valeat teſtamentũ imperfectũ imperfectione voluntatis, fauore piæ cauſæ, vt videtur voluiſſe Bar. in l. in teſtamento, per illũ text. D. de fideicommiſſ. liberta. vbi ita dicit ſe dixiſſe in quæſt. facti, & expreſſe Bal. in l. in iure. C. de manumiſ. teſta. Petr. Anchar. conſi. 337. de efficacia. Imol. in l. ſi is qui. D. de teſtament. & in c. 2. eod. titu. Ioan. Ana. conſi. 57. viſis & conſideratis, Panormit. in c. penult. col. 2. de ſucceſſ. ab inteſta. Paul. Caſtrenſ. conſi. 456. viſis & examinatis atteſtationibus, lib. 1. Ang. Aret. in §. ex eo, in fi. Inſtitu. quibus modis teſta. infir. Alex. in d. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtament. & in l. ſi certis annis, C. de pact. & conſil. 108. viſo ac diligẽter conſiderato, col. 2. verſi. confirmantur etiã prædicta, lib. 4. & Socin. d. reg. 300. in 38. priuileg. & Barb. d. conſi. 42. col. 4. lib. 4 & in repeti. l. cũ acutiſſimi, col. 39. C. de fideicommiſ. vbi hoc ſing. reputat, & Calca. conſi. 13. pro parte negatiua. col. 3. verſi. 12. Sicuti etiã valet teſtamentũ imperfectũ, non ſolũ ex defectu ſolennitatis, de qua loquuti ſumus in præcedenti capite inter libe

*Quod non ſolũ procedit ex defectu ſolennitatis, ſed etiam uoluntatis.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ros,per tex.in d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto,C. de teſta.ſed etiam ex defectu voluntatis,de quo nunc loquimur per tex. in l.vlti C.fa.erciſ. per quem ita Ro.in d.auth.ſimiliter. Panor.in d.c. pen. de ſucceſſ.ab inteſta. & late Barb.conſi.58.omnipotentem,col.5.verſi. quinimo plus videtur,lib.4 Ange. in repetit.l. ſi certis annis, in vlti.char.C.de pact.Bal.in l.ex ea.de teſtament.

*Contrariæ opinionis authores.*

Contrarium tamē tenuit Bal.in repe.l.i.col.pen.in 6. q.C.de ſacroſ.eccleſ. Ang.in d.l.ſi is qui. D.de teſta.Pet. Anch.in c.2.de teſta.& Panor.ſibi contrarius,conſi.105. caſus in facto ſic proponitur,lib.2.& Paul. Caſt.etiā ſibi contrarius conſi.cj.ad primum quæſitū videtur reſpondēdum,in 3.dubio,lib.2.& conſi.449. viſa dicta facti narratione,lib.2.Raph.Fulg.conſi.117. Ioannes quondam. col.pen.Flor.in l.cum de in rem verſo,col.2. D.de vſur. Imol.cōſi.92.in cauſa quæ vertitur, in prin.2.dub.lib.2.

*Teſtamētum inter liberos imperfectum imperfectione voluntatis eſt nullum.*

& Ro.in d.auth.ſimiliter,in 18.ſpeciali,circa vltimas voluntates, mutuo primo, quia teſtamentū inter liber imperfectum imperfectione voluntatis eſt nullum, vt voluit gl.ordina.in d.l.ſi is qui,& ibi Bar.& alii,D.de teſta. & in l.vlt.in verb impletū,& ibi etiam Guli.Cun.Bar.& Bal.C.fa.erc.Bar.Albe.Ang.Corn.& recentiores in d.§. ex imperfecto,Bal.cōſi.296. licet regulariter in teſtamēto,lib 5.Anto.in c i.de ſucceſ.ab inteſt. Pan.d.conſi.cv. Ang.Are.§.ex eo aūt. Inſtit.quib.mod.teſta.infir.Philip. Corn.conſi.308.pro deciſione,col.3.verſic.hæc quidem ſunt,lib 3.

*Piæ cauſæ minus fauetur, quam liberis.*

Ergo multo magis teſtamātū factū piæ cauſę, cui minus fauetur,quàm liberis,vt no.in c.quicunq;,17. q.6.cū concord. Subdit tamē Ro.ꝙ licet doct.hoc communiter teneāt, vt teſtamentū imperfectū ratione voluntatis inter liberos nō valeat, id tamē videtur eſſe contra caſum d.l.vlti.C fa.exc.in illis verb.ſiue cœptū, neq; impletū ſit teſtamentū,defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, &c. Ideo nihil moratus alias rationes adducit, videlicet ꝙ regulariter nō valet teſtamentū, imperfectū ratione voluntatis,l.furioſum,C.qui teſt.fa.poſ & d.l.ſi is,qui, & l.ex ea ſcriptura.D.de teſt.nec his caſus exceptus repetitur.

Item

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Item videtur, inquit, caſus expreſſus in l. ſi iure. C. de manu. teſta. vbi nõ iure facto teſtamẽto, non competit libertas, nec diſtinguitur, an ſit nõ iure factũ ex defectu ſolẽnitatis, an ex defectu voluntatis, ergo indiſtincte intelligẽdus eſt. l. de pretio. D. de public. in rẽ actio. cũ ſimilib. Adde & tu cõfirmationẽ huius rationis, ꝙ dictus textus non põt intelligi de teſtamẽto nõ iure facto, ex defectu ſolennitatis, per ea quę ſupra diximus in præcedẽtib. Ergo neceſſario debet intelligi de defectu volũtatis, alioquin eẽt ſuperuacaneus, & vide Petr. Anc. conſi. 337. de efficacia. Deinde ſubiunxit Rom. nõ obſtare d. l. in teſtamẽto. D. de fideicom. liberta. cui omnino innititur Bar. quia ſi etiã ille textus intelligitur de imperfectione volũtatis, tamẽ non neceſſario obligat hæredem, vt patet ex illis verbis, pios tamen filios debuiſſe manumittere, &c. ex quibus conſtat, quòd huiuſmodi legatum pium non eſt debitũ iure efficacis rationis, ſed cuiuſdam pietatis, vt videlicet hæres maxime filius adimpleat, quod patet diſpoſuit in fauorem piæ cauſæ. Quæ res obligationem efficacem non producit, vt patet ex l. cum is, §. mulier, de condi. indeb. vbi licet pietas excludat repetitionẽ eius, quod pro dote indebite ſolutũ eſt, non tamẽ obligat eam, quæ pro dote alterius errãter indebite ſoluit, ad dotẽ ipſam exoluendam, & tex. in authenti. de hæred. & falcid. §. ſi vero expreſſum, vbi dicitur, quòd pie facit hæres inſtitutus adiens hæreditatem, & tamen ea ipſa pietas non obligat inuitum ad adeundum, l. ficut. cum ſimilib. de repud. hæredi. C. & poſtremo ex tex. in l. pen. §. illo. C. de neceſſa. ſer. hæred. inſti. vbi legatũ factum ſeruo proprio ſine libertate, non obligat hæredem, impie tamen facit hæres, qui illud ſoluere renuit. Et ita ante Roma. videtur intellexiſſe dictã l. in teſtamento, vt videlicet non ſit neceſſitatis, ſed cuiuſdã æquitatis, & ſuaſionis. Bal. (cuius Rom. non meminit) in l. cum quis, colu. 4. verſi. dices tu, nonne eſt, C. de iuris & facti igno. & Panor. d. conſi. cv. lib. 2.

*Cum lex non diſtinguit, indiſtincte intelligendum eſt.*

*Pietas excludit repetionem indebiti.*

*Non tamẽ inducit obliglationem.*

Tu tamen tene priorem opinionem, quæ communior eſt, per textum in dicta l. in teſtamẽto, qui eſt ad hoc ex-

*Autor confirmat priorẽ opinionem.*

C 2 præſ-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

preſſus, vt qui vtitur verb. debuiſſe, quod eſt præciſæ neceſſitatis, vt not. in l. ſæpe. D. de offic. præſid. & text. in c. vlti. ibi, nō ſolum poſſunt, ſed debēt. de ſenten. excōmuni. cum ſimilib. & ita omnes illū tex. vt videlicet ſit neceſſitatis, intelligūt, quotquot illū ſiue ad hoc propoſitum, ſiue ad aliud allegant. Nec huic obſtat quod dictū eſt, nō quicquid eſt pietatis, cōtinuo eſſe neceſſitatis. Neque. n. propterea ſequitur nō eſſe neceſſitatis, quicquid pietatis eſt. Nec animaduertit Rom. ſe ſibi diſſidere, cū in 13. ſpeciali, id adfirmātet tenuiſſet, quod diximus in præcedēti verſiculo quod omnino repugnet huic quod nūc tenuit.

*Reſtrictio prioris opinionis.* Sunt tamē qui hoc intelligunt procedere, ſi eſt imperfectio volūtatis, reſpectu totius teſtamēti, ſecus eſt, ſi voluntas eſt imperfecta, reſpectu diſpoſitionis de qua agit, vt pulchre declarat Panor. in d. c. pen. de ſucceſſ. ab inteſta. Philip. Dec. qui hoc not. reputat in c. i. col. 5. de fide *Rurſus alia.* inſtrumen. Sed & tu intellige, vt valeat quātū ad ea quæ *Legatum nullū etiam pia cauſa inſtituta.* concernūt pias cauſas. Nā in cæteris legatū valebit, etiā ſi pia cauſa fuerit inſtituta, vt late tenuit Iaſ. in l. hac cōſultiſſima. § ex imperfecto, col. 3. verſi. pro intelligētia. C. de teſtamen. contra Saly. in authen. caſſa. colu. 4. & 9. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Anto. in c. quidam clericus, colum. antepen. de foro competen. & Alex. conſi. 61. viſo tenore allegati, col. 3 verſi. aduerte tamen, lib. i. & conſi. 105. viſo ac diligenter conſiderato, col. 5. verſi. cæterum teſtamenta. & iterum col. vlti. lib. 4. tu illum omnino vide, & quo diximus ſupra in primo priuilegio.

## Octauum priuilegium.

*In pijs cauſis nutu et ſignis factum teſtamentum ualet, niſi teſtator excommunicatus, uel in bello illicito deceſſerit, uel tacitus teſtetur.* jo ſuph. [illegible]. col.ª 67.

*Teſtamentū nutu factum non valet.* OCTAVO non admodum diſsimile eſt, quòd licet alias non valeat teſtamentum nutu factum, l. iubemus, & ibi glo. & docto. C. de teſtamen. valet tamen ad pias cauſas,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſis, vt voluit gl. in c. cum tibi, de teſtament. quam ſequũtur docto. ibi, & Bal. in l. i. col. 2. in lect. vbi eam gl. dicit ſingul. & in repeti. col. antepen. verſi. ſuper quinto, & ibi Franc. Aret. col. vlti. C. de ſacroſ. eccle. & Bal. in l. ſi poſt diuiſionem, poſt medium, C. de iuris & fact. igno. & in l. diſcretis, C. qui teſtamen. fac. poſſ. & in l. 2. & ibi quoque Imol. D. de teſtamen. & conſi. 174. quidã dominus Rambaldus, lib. 3. Petrus Anchar. & Imol. in c. 2. de teſtamen. Imol. in l captatorias, verſi. ſed iuxta prædicta, D. de hæred. inſtituẽ. Ang. Alex. Corne. & Iaſ. in d. l. iubemus. C. de teſtament. Ang. in l. in fraudem, §. i. D. de milit. teſta: Calde. conſi. 4. titu de teſtamen. Barb. qui illam glo. dicit ſingul. conſi. 43. illud in medium referã, col. 5. & ſequen. lib. 3. Franc. Aret. in l. i. col. 7. verſic. tertio confirmatur, D. de teſtamen. Iaſ. in l. licet inter priuatos, col. 1. verſic. tertio confirmo, C. de pact. & in authen. ſi qua mulier, col. 2. C. de ſacroſan. eccle. & in l. ſi cui legatur, §. hoc autem, col. vlti. C. de legat. i. Fely. in c. in præſentia, col. 22, de proba. Ludo. Bolo. conſi. 53. venerandus dominus, col. vlti. Stepha. Bertran. conſi. 101, licet teſtamentum, lib. i.

*Secus ĩ pijs cauſis.*

*Contrariæ opinionis authores.*

Contrarium tamen videtur voluiſſe Bal. ſibi contrarius, & Paul. Caſt. in l. & in epiſtola. C. de fideicõ. tã quã hoc iure expreſſum non reperiatur, & Ang. etiam ſibi cõtrarius in quibuſdã lecturis in d. l. iubemus, & Barb. ſibi cõtrarius cõſi. 92. præclare ſcribitur, col. 7. lib. 2. & in hãc partem conſuluit Anto. de Prato, cuius conſil. ſubſcripſerunt omnes Peruſini, vt refert Frãc. Cur. in additio. Alex. in d. l. iubemus, & pro hac parte facit, quòd non valet teſtamentum militis nutu factum, nec teſtamentũ inter liberos, vt de primo eſt gl. quam plerique omnes ſequuntur, in d. l. in fraudẽ, §. i. in verbo, nuda, D. de milit. teſta. Secundũ autem de teſtamento inter liberos tenuit Bald. Ang. Fulgo. Pau. Caſtren. & recentiores in d. l. iubemus. Bal. & Paul. Caſtr. in d. l. in epiſtola, & ipſe Ang. in l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto. C. de teſtamen. & in authen. de teſtamen. imperf. & in dicta l. in fraudem, & dicta l. diſcretis, C. qui teſtamen. face. poſſ. & videtur eſſe

*Teſtamentũ militis nutu factũ non valet.*

*Nec teſtamentum inter liberos.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

text. in authen. quod ſine, ibi, non ſignis, C. de teſtamen.

*Prior opinio cõmunior.*

Sed prima opinio vt communior eſt, ita & verior, quia, vt iam diximus, in diſpoſitionib. ad pias cauſas attẽditur ius diuinũ, vel gentiũ, in quo non reperitur prohibitio teſtamenti nutu faciendi. Quin videmus quòd princeps põt permittere, vt quis eo modo teſtetur, per l. ſi mutus D. de teſtam. nec etiã expeditũ eſt omnino, quod de teſtamento militis, & de teſtamẽto inter liberos diximus. Nam quod ad primũ attinet, videtur eſſe text. in cõtrarium in l. iure militari, D. de milita. teſtamen. & in §. quinimo. Inſtitu. eo. vbi mutus põt teſtari, quod tamen non poteſt aliter facere, quàm nutu, & ſignis. l. vbi. D. de regulis iuris, & ita intrepide tenuit hãc partẽ Alex. in d. l. diſcretis, col. vlti. vbi tamẽ diſtinguit, an milites poſſit loqui articulate, & ita procedat prima ſententia, aut non poteſt, & procedat ſecunda, per id quod in ſimili dicitur in c. tuæ. de diſponſat. & ita etiam in terminis conſuluit Ang. conſi. 257. teſtator fecit teſtamentũ ſuum. Quantũ autem ad teſtamentum inter liberos, videtur etiã textus in contrarium in l. vlti. C. fam. erci. in verbo, vel iudiciis, per quem hanc poſtremam partem tenuit Corn. in d. l. iubemus, colu. pen. vbi ita dicit vidiſſe, ſe de facto conſultũ per plures clariſſimos, licet periculoſum eſſet in practica recedere à communi opinione.

*Ex permiſſu principis poteſt quis nutu teſtari.*

*Mutus non prohibetur teſtari.*

*Diſtinctio in milite.*

*Contrariũ prioribus in teſtamento inter liberos.*

*Limitatio prioris opinonis.*

Tenendo igitur eorum opinionem, qui dicunt valere teſtamentum nutu factum ad pias cauſas, eam duob. modis limitabis. Primo, vt procedat, niſi teſtator deceſſerit in eo ſtatu, qui prima fronte huiuſmodi appareat, vt non ſit tractandum de fauore animæ, quia deceſsit excommunicatus, vel in bello illicito, ex not. per gl. antiquam in c. decernimus, de ſenten. excõmunic. lib. 6. Ita voluit Bal. in d. l. iubemus, contra quem pungit Corne. ibi, col. pen. dicens eſſe ſuper hoc cogitandum, quia licet non ſit conſiderandus fauor animæ teſtantis, ſubeſt tamẽ ſemper fauor piæ cauſæ inſtitutæ. Tamẽ id quod Bal. ſupra tenuit, Bar. ante illum in repetitio. l. i. in 6. q. C. de ſacroſ. eccle. & Lapus alleg. 123. in Dei nomine, & Dominic. in c. 2. §. vlti.

*Teſtator excõmunicatus decedens non cenſetur ad pias cauſas teſtari.*

*Idem ſi in bello illicito.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

vlti.col.4.de vſur. Firmia. in tractatu de epiſcopo, in 31. quæſt.quartæ partis,lib.4 verſi.nota ergo in primis. Sed Bal.ibi, in lectu.col.3.verſic.quid de excommunicato,& in repetitio.col.4.verſic.6.& ſequen.quæſt. C.de ſacroſanct.eccleſ.tenet contra Bart. & ita eſt ſibi contrarius. & hoc etiam ſequitur late Panormit. in rubr. de teſtam. colum.penul.ſuper quo vide.late Philip. Franc.in rubrica eodem titu. lib.6. colum.14. verſicu.vlti. quæritur an excommunicatus.

*Teſtamentũ cæci requirit ſpeciale ſolennitatem.*

Limita ſecundo ſecundum Ang. in d.l. iubemus. non procedere in teſtamento cæci, in quo requiritur ſpecialis ſolennitatis,per l. hac conſultiſsima, C. qui teſta.facere poſſ. Et hoc dictum Ang. ſimpliciter refert Corne. in d.l.iubemus,colu. pen.tanquam id ſequi videatur. Verũ Alex.ibi,col.i.aperte reprobat,dicens ſibi videri non eſſe verum,quia diſpoſitio illius l.hac conſultiſsima, nõ habet locum in teſtamento ad pias cauſas.

## Nonum priuilegium.

*Mutus et ſurdus ſimul à natura non prohibentur ad pias cauſas teſtari: ut pote quæ nullis legibus coarctantur.*

*Mutus et ſurdus à natura non teſtamtur. Secus ad pias cauſas.*

Nono, licet mutus & ſurdus ſimil à natura teſtari non poſsit,per l.diſcretis, poteſt tamẽ teſtari ad pias cauſas, & hic caſus longe alienus eſt à præcedenti,& magis lubricus. Nam non quicquid poteſt quis nutu facere,cõtinuo poteſt mutus & ſurdus à natura etiã facere. Quis enim poteſt nutu codicillos facere, per l.nutu. D.de legatis 3. mutus tamen & ſurdus ſimul à natura id facere non poteſt, per dictam l. diſcretis, & ibi Rapha.& Paulus Caſtren. cum ſimilibus adductis per Corne.ibi. Igitur ( vt redeamus ) poteſt mutus & ſurdus ſimul à natura teſtari ad pias cauſas, vt videtur ſentire Bald. in dicta l.diſcretis,& expreſsius Alexand.ibi,& Panormit.in rubrica de teſtamen. colu.4. Pro quibus facit, quòd miles mutus



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Miles mutus et ſurdus teſtari poteſt.*

mutus ſimul & ſurdus teſtari poteſt, vt videtur eſſe text. in d. l. iure militari, D. de milit. teſtam. & in d. §. quinimo. Inſtitut. eod. & vtrobique glo. intelligit illo tex. in muto ſimul & ſurdo à natura, quam ſequũtur Ioan. Fab. & alii ibi, & Cy. Saly. & Alex. in dicta l. diſcretis. Bald. & Ange. in dicta l. iure militari, & eſt etiam gloſſ. in §. vlti. in verbo, certis. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtamen. facit etiam quod princeps poteſt diſpenſare, vt mutus & ſurdus ſimul à natura teſtentur, ſecũdum Cynum Bal. Roma. & Alexan. in dicta l. diſcretis, per l. ſi mutus, D. de teſtam. Ex quo facile colligi poteſt, hoc impedimẽtum non eſſe iuris naturalis, gentium, aut diuini, alioqui enim princeps illud tollere non poſſet, per clement. paſtoralis, de iudiciis, & not. Imol in ca. quæ in eccleſiarũ, de conſtitut. & Barto. in l. vlt. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam, cum ſimilibus.

*Princeps poteſt diſpenſare, ut mutus et ſurdus à natura teſtentur.*

*Hoc tamen impedimentum no eſt iuris naturalis.*

*Authores cõtrariæ opinionis.*

Contrarium tamen tenet Bal. in l. i. col. 2. verſi. quæro vtrum furioſus, in lectu. C. de ſacroſ. eccleſ. Roma. & Iaſon in dicta l. diſcretis, & Franciſ. Aret. in l. qui in poteſtate, §. vlti. col. penul. D. de teſtament. Moti primo, quia hoc impedimentum vniuerſale excludit conſenſum, l. cũ prætor, §. penulti. D. de iudic. Ideo mutus & ſurdus à natura æquiparantur pupillo, per l. ſeruo. iuncto §. cũ prętor, D. ad Trebellia. & l. fulmine, §. adeo. D. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat. Imo vero infanti, vt voluit Barto. in l. i. in princip. & ibi omnes poſt eum, D. de verbo. obligat & propterea neque donare, neque aliter inter viuos cõtra here poteſt, vt voluit glo. not. in l. qui id quod, §. mutus, D. de donatio. ibi vide docto. Pupillus autem etiam doli capax non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas, vt voluit Bar. in d. l. i. in 2. quæſtione, per tex. & ibi Bal. in lect. col. 3. verſico. ſecundo quæro, & in repetitio. colum. 8. verſicu. 2. quid de pupillo, & ibi quoque Bar. Salycet. Floria. Bono. & alii præter Richard. Salic. C. de ſacroſan. eccle. Bar. in l. ſi quæramus, & ibi etiam Ange. D. de teſtamen. Bal. Rom. Alexan. & Iaſon in l. ſi frater, C. qui teſtamen. face. poſſunt, Petrus Ancha. et Imol. in c. 2. de teſtament.

*Mutus et ſurdus à natura æquiparãtur pupillo.*

*Item infanti.*

*Pupillus etiam doli capax non poteſt teſtari ad pias cauſas.*

Panor.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Panor. in rub. extra eo. Alex. conſi. cii. ſuper eo de quo quæritur, poſt prin. Bened. Cap. conſi. lxxxv. cũ uiſo & conſiderato. colu. ii. barba. conſi. lviii. clementiſſimi Dei Patris, col. ii. & ſequen. lib. i. Fran. Aret. & Iaſ. in l. ulti. col. ulti. C. de teſta. mili. & in l. reſcripta. col. 2. uerſi. tercio facit, C. de preci. Impe. offer. & Philip. Frãc. in rub. de teſta. lib. vi. col. 4. uerſi. tertio quæritur, ubi dicit de hoc dictũ eſſe tex. in c. licet, de ſepul. ubi nemo poteſt ante pubertatẽ ſibi eligere ſepulturam. Iaſ. in l. reſcripta. col. ul. C. de preci. Impe. offer. Phil. Dec. in l. pupillum, paulo ante fi. D. de reg. iu. tex. in c. ſi pater. de teſta lib. vi. ubi pater poteſt pupillariter, uſque ad tempus pubertatis, ad pias cauſas pupillum ſubſtituere. Ex quo ſequitur quòd ipſe pupillus nõ poteſt teſtari ad pias cauſas. Nã pupillaris ſubſtitutio eſt introducta in ſubſidiũ, propterea quòd pupillus teſtari nõ põt. inſtit. de pup. ſub. In prin. De quo tamen quantum ad pupillum doli capacẽ, dicã infra eod. ti. §. ul. in gl. ul. Item & pro ſecunda parte uidetur eſſe tex. ad literã, in d. l. diſcretis, ubi non põt ſurdus ſimul. & mutus libertatem relinquere, cum tamẽ libertas ſit pia cauſa, per l. i. ad fi, C. de cõ. ſeruo manu. & quicquid ſtatutũ eſt in libertate, pocedit etiã in pia cauſa, ut uoluit Bar. in l. proxime. D. de his quæ in teſta. delen. & l. ſi unus, ad fi. C. de teſta. cũ concord. Ideo etiam cõtra id, quod diximus de milite, tenuit contrariũ Raph. Cum. in l. qui in poteſtate, §. i. D. de teſt. uidelicet quòd miles mutus ſimul & ſurdus à natura teſtari non poteſt, & Iaſon qui dicit ſe ſemper tenuiſſe contrariũm in dicta l. diſcretis, col. i. ubi reſpondet iuribus cõtrariis. Sed & cõntra illud, quod dictũ eſt poſſe principem in eã rem diſpenſare, tenent Raph. Cuma. & Paul. Caſt. in d. l. qui in poteſtate, §. i. & Iaſ. in d. l. diſcretis. Frãc. Aret. in d. l. ſi mutus. D. de teſta. ubi adducit uiuã (ut ait) rationẽ: quia mutus & ſurdus à natura nihil intelligit, per l. ſeruo inuito, §. ſi pupillo, in fi. D. ad Trebellia. Sicut ergo princeps nõ poſſet cõcedere furioſo & mẽte capto teſtamẽti factionẽ, quia carẽt ſenſu, & lex poſitiua nõ põt immutare uatuam

*Nemo poteſt ante pubertatem ſibi eligere ſepulturam.*

*Pater poteſt pupillariter pupillum ſubſtituere ad pias cauſas.*

*Pupillaris ſubſtitutio eſt introducta in ſubſidium.*

*Quicquid ſtatutum eſt in libertate, procedit quoque in pia cauſa.*

*Contrarũ prioribus de milite muto ſimul et ſurdo à natura.*

*Item de principe in eam rem diſpenſante.*

*Lex poſitiua non poteſt immutare naturam rerum.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

turam rerum,l.iii.D.de uſufruc.ear.rerum quæ uſu cōſumun.ita non poteſt muto & ſurdo ſimul à natura.

*Conſiliatio cōtrariarū opinionum.* Sunt qui has opiniones ita concordat,ut uidelicet prima procedat in muto & ſurdo à natura,quē tamen conſtat intelligere, & teſtari uelle ex ſignis & indiciis,ſicuti nuncupatim uoluerunt Ioan. Faber in dicto §.quinimo. Salicet.Alex.Corne.& Iaſon in dicta l.diſcretis,alioqui procedat ſecūda opinio:ſicuti in ſimili dicitur, quòd princeps,ſtatutū & cōſuetudo poteſt pupillo doli capaci cōcedere teſtamēti factionem, incapaci nō poteſt,vt uoluerūt Bar.Rapha. & recentiores in l. ſi quæramus, D.de teſtament.cū concord. quas adferemus infra eod. titu.§.vlti.Nam & quod dictum eſt ſurdum ſimul & mutum à natura æquiparari pupillo, & infanti:intelligunt omnes de eo qui nihil prorſus intelligit, ut per Bartol. & alios in l.i.D.de uerbo.obiga. & in l.mutum,in prin. D.de acquirenda hæreditate.

*Princeps poteſt pupillo doli capaci conſedere teſtamenti factionem. Secus ſi doli ſit incapax.*

*Reſponſio ad cōtraria.* Nec obſtat quod diximus,non poſſe mutū & ſurdum ſimul à natura relinquere libertatem, quæ eſt pia cauſa. Et uerum eſt quòd libertas ſit pia cauſa, quando legatū libertatis ſit pro anima uel amore Dei,alias ſecus,ut expreſſe uoluit Bartol.in repetitio.dictæ l.i.C.de ſacroſanctis eccleſiis.Sed caue, quia communiter tenetur, quòd relictum libertatis indiſtincte ſit pia cauſa, ut uoluit idē Barto.in dicta l.proxime,D.de his quæ in teſtamen.delen.& in dicta l.ſi unus.C.de teſtamen. & eſt bonus textus in dicta l.i.§.ultimo,C.de comm.ſeruo manu.ubi nō erat relicta libertas pro anima. Et propterea illam Bar. limitationem in ſpecie reprobat Imola in l.captatoriæ. D.de legatis primo,de quo dicam poſtea,cum enarrabimus,quæ dicantur piæ cauſæ.Ideo aliter reſpondendū eſt,quòd prohibitio d.l.diſcretis, non hic attenditur in diſpoſitione ad pias cauſas,quæ nullis legibus præterquam iuris naturalis ſiue diuini coarctatur.

*Libertas eſt pia cauſa.*

Deci-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Decimum Priuilegium.

*Specialis ſolennitas communiter in cæci teſtamento obſeruata non habet locum, ſi teſtetur ad pias cauſas.*

Decimo, licet cæcus teſtari non poſſit, niſi ſeruata ſolennitate, l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. facere poſ. tamen ea ſolennitas non requiritur, ſi teſtetur ad pia loca, vt voluit Ang. qui putat aliud in relictis priuatis quibuſdam pauperibus in d. l. hac conſultiſſima, ſed Alex. ibi col. vl. idem putat generaliter in omnibus relictis ad pias cauſas, per tex. in c. cum eſſes, & c. relatũ, eo. quæ ſæpius allegat, & illum ſequi videtur Iaſon ibi, col. 3. verſi. ſecundò limita, & idem etiam ſimpliciter voluiſſe videtur Corne. ibi, col. 2. verſi. & ſimilis quæſtio, & apertè Steph. Bertran. dicto conſi. 101. licet teſtamentum, per totum, lib. 1.

*Cæcus nõ poteſt teſtari, niſi ſeruata ſolẽnitate d. l. hac conſultiſſima.*

*Niſi ad pias cauſas.*

## Vndecimum Priuilegium.

*Temporis inſcriptio non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas.*

Vndecimo, licet in teſtamento requiratur temporis inſcriptio, per auth. quod ſine, C. de teſt. id tamen non obſeruatur in teſtamento ad pias cauſas, quod valet ſine inſcriptione temporis, vt pulchrè conſuluit Alex. cõ ſi. 4. attentis narratis, col. pen. uerſi. ſecundo reſpõdetur, lib. 7. motus ea communi ratione, quòd hæc ſolennitas non ſit iuris diuini, vel canonici, Corne. conſi. 307. videatur prima facie, col. 1. verſicu. ſecundò videtur, iunctis his quæ ſcribit Pea, col. 7, verſi. non obſtat d. authen. Quamuis Bartol. contrarium ſenſiſſe uideatur, conſi. 87. uel 58. proponitur quòd Iacobus.

*In teſtamentis neceſſaria eſt temporis inſcriptio.*

*Secus in pijs cauſis.*

*Temporis inſcriptio non eſt iuris diuini.*

## Duodecimum Priuilegium,

*Si conſtet de uoluntate teſtantis, quibuſcunque uerbis uel indicijs teſtamentum ad pias cauſas conſcriptum inuenatur, effectum ſortietur.*

Dvodecimo, quod & præcedentibus accedit, licet alias teſtamentũ ſcriptum notis inuſitatis cenſeatur eſſe

*Teſtametũ notis inuſitatis ſcriptum non ualet.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Secus in teſtamento ad pias cauſas.*
*Modo cõſtet de uoluntate teſtatoris*

eſſe inualidum, l. ſed cum patrono. §. ulti. D. de bono. poſ ſeſſ. ſecus ſi per uſitatas, l, quoties, uerſicul. ſi quis. D. de hæredib: inſtituen. tamen ad pias cauſas ſemper ualet teſtamentum notis ſcriptum, ſiue uſitatis, ſiue inuſitatis, modo poſſit quoquo modo conſtare de uoluntate teſtatoris. Ita uoluit Dyn. in l. Lucius. D. teſtam. milita. per illum text. loquentem in milite, quem extendit & ad hunc caſum, ſequitur, & dicit ſingul. Roma. in dicta authentic. ſimiliter, in xvii. ſpeciali circa ultimas uoluntates, & Soci. in tracta. fallent. regul. cx. in xxxvii. ſpeciali. Et reſpõdet Roma. ubi ſupra, ad auth. quod ſine, C. de teſtamen. ubi teſtamentum inter liberos debet ſcribi, nõ ſignis, ſed literarum conſequentia. Et cũ extenſio, quæ ex illo tex. fieret ad pias cauſas, eſſet illis odioſa, ea autẽ quæ fit ex teſtamento in dicta l. Lucius, ſit fauorabilis: illã repudiare, hanc amplecti debemus, quia in dubio aſſumenda eſt opinio, quæ teſtamento fauet, & maxime ad pias cauſas celebrato, per l. ſi pars. D. de inoff. teſtamen. Sed tu præterea aduerte, quòd contra illũ text. in dicta authẽ quod ſine, uidetur eſſe alius text. in l. ulti. C. famil. erciſcud. ubi expreſſe dicitur, quòd teſtamentũ patris inter liberos ualet, quibuſcunque uerbis, uel indiciis conſcriptũ inueniatur. Niſi dixeris tunc procedere, modo conſtet de uoluntate teſtatoris, alias procedet dicta authent, quod ſine, quæ ita nihil omnino oberit.

*Teſtamentũ inter liberos non debet ſignis ſcribi.*

*In dubio aſſumẽda eſt opinio quæ teſtamento fauet.*

## Decimumtertium Priuilegium.

*Piæ cauſæ nullis ciuilibus ſolennitatibus coarctantur: quapropter abſurdum non eſt ad pias cauſas quem teatum et inteſtatum decedere.*

*Nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, et pro patre inteſtatus.*
*Niſi in piis cauſis.*

Decimotertio, quod & ſuperioribus conuenit, licet alias qs non poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. penul. D. de iniuſt. teſta. poteſt tamen ad pias cauſas, ut uoluit Bartol. in reper. l. 1. in ii. quæſt. & latius colum. antepenult. uerſi. quinto quæro,

C.

de ſacro.ec.quia,ut ipſe dicit, in his ceſſat omnis ciuilis ſolennitas:nec neceeſſe eſt ex naturali æquitate, quòd quis omnino teſtatus decedat,per l.ſi miles unum,& l.ſi duobus.D.de milita.teſtamen.ubi miles poteſt pro parte teſtatus decedere,& pro parte inteſtatus:& ita quoq; Petrus Ancha.& Imol.in c.cum eſſes,de teſt, Panor.cõſil.32.circa duo dubia, colu.lib.2.& Alex. conſil.cv.uiſo ac diligenter conſiderato in fin.lib.4. Corne.conſil.liii. pro deciſione,lib i. Iaſ.in d.l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,col.4.C.de teſtamen.& Phil.Decius in l.ius noſtrum,col.ii.D.de regul.iur. Et facit etiã in hanc partẽ: quia poteſt ſtaturum diſponere,ut quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, ut uoluerunt Angel. & Imol.in l.ii.per illum text.& ibi quoque Alex.in ii.nota.D.de vulg.& pupil.ſubſtit.ex quo poteſt intelligi,hoc eſſe introductum de iure ciuili,non naturali,aut gentiũ.

*Nemo naturali æquitate cogitur omnino teſtatus decedere.*

*Miles poteſt pro parte teſtari, pro parte non.*

*Idem et ſtatutum poteſt introducere.*

Verum Bald.in repetitio.d.l.1.colum.pen.uerſi. ſuper ſexta quæſtione,tenet contrarium: videlicet quòd teſtator ad pias cauſas non poteſt ab inito decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus: ſic enim ſemiteſtatus id eſt,imperfecte inteſtatus, & imperfectæ uoluntatis decederet, quod eſt vt dicit ridiculum dicere, reſpondetq; ad dictam l.ſi miles, quòd ibi ſpeciale in milite ex poſtfacto:verum ipſo iure non põt quis decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.dicta l.penul.D.de iniuſto,rupto teſtam.ſed per ſententiã ſic,l.cũ filius. in prin. D.de lega.2.& l.etiam.& ibi nota,D.de inoffi.teſta.hæc Bal.qui & in lectio.d.l.i.colum.vlt.uerſi. iuxta hoc quæro,idem tenet,motus,quia cautum nõ reperitur.Nec ualet,inquit,argumentum de teſtamẽto militis, quia nullo iure probatur iſta ęquiparatio,ſiue ſimilitudo,& ideo debemus ſtare regulæ l.omnis definitio.D.de regulis iuris. Et facit quod nota.in l.in teſtamento domini,D.de hæredibus inſtituen.Nam in milite(inquit)propter publicam vtilitatẽ ſunt multa ſpecialiter ſtatuta quæ non ſunt trahenda in conſequentiam. Vtrius tamen partis ſit uerior ſententia,ſatis conſtat ex his, quæ ſupra diximus.

*Contrariæ opinionis authores.*

*Abſurdum.*

*Reſponſio ad cõtraria.*

*In milite multa ſpecialia.*

Decimum

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Decimumquartum Priuilegium.

*Teſtamētū patris, in quo pia cauſa eſt hæres inſtituta, nihilo minus ualet, quamuis filius legitimam titulo legati conſequatur.*

*Iure inſtitutionis filius legitimam habere debet.*

*Niſi pia cauſa hæres inſtituatur.*

DECIMOQVARTO, licet iure nouiſſimo non ualeat teſtamentum patris, niſi filius ſit hæres inſtitutus, habeatque debitum bonorum ſubſidium iure inſtitutionis: nec ſufficeret quiuis alius relicti titulus, per text. in authentic. ut cum de appellatio. cognoſ. §. aliud quoque capitulum, fallit tamen in teſtamento in quo pia cauſa eſt hæres inſtituta, & eſt aliud relictū filio titulo legati, ut expreſſe uoluit Bar. in repetitio. d. l. i. & ibi etiā Flor. C. de ſacroſanct. eccle. Petrus Anchar. & Imol. in c. cum eſſes, de teſtamen. Fulgo. in l. generali. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et Alexand. dicto conſil. cv. uiſo ac diligenter cōſiderato, colum. penulti. uerſic. ſecundo reſpondeo, lib. 4. Mouentur, quia huiuſmodi teſtamentum non eſt factū contra officium pietatis. Nam de iure antiquo ſufficiebat filium habere quoquo relicti titulo, l. cum quærit, & l. omnimodo, C. de inoff. teſt. l. cum ſcimus, §. cum quæreretur, eo. & in §. i. in auth de trien. & ſemiſ. Igitur ſi iure nouiſſimo inductum eſt, quòd habeat iure inſtitutionis, iſta eſt mera ſolennitas iuris ciuilis, quæ eſt remota in factis ad pias cauſas ſed ſolū in his attēditur ius diuinum, uel naturale, per dictum c. cum eſſes, & dictū c. relatum. Nec iſto caſu dicitur eſſe factum contra ſententiam Auguſtini, quam citat gloſſ. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcop. & cleric. quia filius debitam legitimam cōſequitur, & idē in teſtamēto facto inter liberos, ut uoluit Iaſon in dicta. l. hac cōſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtamentis.

*Iure antiquo ſatis erat filiū habere legitimam quoquo relicti titulo.*

*Iuris ciuilis ſolēnitas nō conſideratur in pijs cauſis.*

*Cōtrarium ſentientes.*

Contrarium tamē tenuit Bald. in repetit d. l. i. col. xv. uerſic. ſuper quarto quæſito. C. de ſacroſanct. eccleſ. ubi dicit in Barto. contemptum loquens, ille (ait) bonus homo non intelligit uerbum hoc. Et mouetur, quia hic nō attenditur officium pietatis, ſed quia filius inuenit ſe præteritum, l. filio. D. de iniuſto teſtamen. Et hoc idē uoluit

Sa-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Salyce. ibi,in xii. quæſtio. & ſequitur late Barbat.in d.c. cum eſſes.col. xxij. uerſicu. quærit hic dominus Petrus: & ſecundum hanc ſententiam conſuluit idem Barb.con ſil.xxxviii. difficile eſt,lib. iii.ubi ad hoc multa allegat,& conſi. cxii.quæritur utrũ præterita filia , lib.4. Et facit, quia defectus præteritionis unius filii.uitiat teſtamẽtum factũ inter alios liberos,ut tenet gloſſ.in l.ſi filius qui in poteſtate, D.de liber.& poſthu.Bal.Ang.Pau.Caſt,& Iaſon in l.hac conſultiſſia.§.ex imperfecto.C. de teſtamẽ. & in l.filio prætertio.char.antepenult. D.de iniuſto,rupto teſtamen.& Bald.conſil.xcvi.licet regulariter,lib.v. Sed tene primam partem,per rationem iã ſupra allegatam,cui non ſatis à contradicentibus factum eſt.

*Defectus præteritionis unius filij uitiat teſtamentum factũ inter relinquos liberos*

## Decimumquintum Priuilegium.

*Inſtitutio hæredis in teſtamento ad pias cauſas omiſſa non impedit eius effectum.*

DECIMOQVINTO, licet non ualeat teſtamentũ ſine inſtitutione hæredis,eſt.n.teſtamenti caput,& teſtamentum, inſtitutio hæredis,ut patet per totum tit. D.de hær.inſt.& in §.ante hæredis. Inſtit. de legat. Valet tamẽ teſtamẽtum ad pias cauſas,ſine inſtitutione hæredis. Ita ſing.uoluit Bar.in d.l.i. C.de ſacroſ.ec. quem refert & ſequitur Barba.conſi.8.præſcribitur præclarè, col.8.verſi. nio ad aliam dubitationem,lib.1.& in hanc partem uidetur inclinare Pan.in c.iudicante,col.i.extrà de teſt.& ita quoque conſuluit Pau.Caſt.conſi.97.ſuper primo quæſito,in prin.lib.i.& etiam uoluit Firmia.in trac.de epiſcopo,in 31.q.quartæ partis,lib.4.verſi.dubitari poteſt.

*Teſtamenti caput,et teſtamentum, inſtitutio hæredis.*

## Decimumſextum Priuilegium.

*In dubio legatum ad pias cauſas à teſtatore inductum debetur, alias ſecus.*

DECIMOSEXTO, cum legatum reperitur inductum ſine deletum, ſi conſtet conſultò, & de induſtria à

*Legatũ à teſtatore inductum an debeatur.*

teſta-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*In dubio legatum cenſetur conſultò inductum;*
*Niſi in pijs cauſis.*

teſtatore fuiſſe inductum, non debetur: ſi inconſulto & caſu, debetur. l. i. D. de his quæ in teſtamen. delen. et in l. ſi idem, D. de lega. i. Certe in dubio uidetur conſulto et dedita opera factum fuiſſe ut uoluit Bald. Raphael Cuma. et Paul. Caſtren. in dicta l. i. niſi ſit legatũ ad pias cauſas. textus eſt ſingul. in libertate loquẽs, quem Bartol. et poſt eum Bald. et Imol. trahunt ad omnem aliam piam cauſam, in l. proxime, §. i. D. de his quæ in teſtamen. delen. & rurſum idem Barto. in l. ſi unus, ubi ita dicit ſe conſuluiſſe, & ibi poſt eum Ange. Raphael, Franc. Areti. Corne. et Iaſ. C. de teſtament. & Roma. qui ad hoc facit ſingu. illum textum in repetitio dictæ authen. ſimiliter, in primo ſpeciali circa ultimas uoluntates. & Socinus qui omnia hæc à Roma. ſuſtulit, in tracta. fallen. regul. 310. priuilegia piæ cauſæ, in xxiii. priuilegio.

## Decimumſeptimum Priuilegium.

*Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non habet locum in reſtitutione hæreditatis piæ cauſæ.*

*Grauatus hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere extraneo.*

DECIMOSEPTIMO, licet deſcendentes à teſtatore iuſſi hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere, ita demum cenſeantur in eam rem grauari, ſi ſine liberis deceſſerint, non alias, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones ſuis anteponere, per l. cùm auus, D. de cond. & dem. & l. cùm acutiſſimi, C. de fideicom. & l. generaliter, ad fi. C de inſtitu. & ſubſti. tamen ſi ſint grauati reſtituere piæ cauſæ, tenentur ſemper reſtituere, etiam ſi liberos relinquant, ut pulchræ & ſingulariter conſuluit Petrus Anc. conſi. 46. primæ facie videretur. Motus ea ratione, quòd dictæ leges fundantur ſuper præſumpta mente, ſiue uoluntate teſtatoris. Ideo vbi conſtaret, aut præſumeretur, de contraria mente, ceſſaret legis præſumptio, & ex conſequenti legis diſpoſitio, & in ſimili nota. in l precibus, C. de impu. & aliis ſubſtitu. & in l. teſtamento, C. de teſtamen. milit. Igitur cum anima ſit omnibus rebus præferenda,

renda, per l. ſancimus, in fi. C. de ſacroſ. ecc. præſumendũ eſt teſtatorẽ voluiſſe piũ legatũ, an fideicõmiſſum anteponere etiã propriis filiis, cum etiã fauorabilius lex prouideat, remota legitima, piæ cauſæ, quàm liberis, per authẽti. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. ecc. Et etiã in dubiis ſequẽda eſt opinio, quæ pro anima facit, l. ſunt perſonæ. D. de reg. & ſumpt. fune. hæc ferme Pet. Anch. cuius ſententiã ſequitur Fely. in c. eccleſia S. M. col. 38. in i. limita. 9. q. de conſtitutio & Iaſ. in l. tale pactũ. §. vlti. col. 3. verſi. & prӕterea per hanc doctrinã, D. de pact. & l. licet inter priuatos, col. 1. verſi. ſecundo facit. C. eo. vbi hoc dicit ſingulare, & in authentic. ſi quã mulier, col. 2. C. de ſacroſ. eccle. & idem tenuit latiſſime Barb. in repetiti. dictæ. l. cũ acutiſſimi, col. 25. verſi. iſtud ſummarium, cum multis ſequent. & iterum char. penult. verſi. quid ſi teſtator. C. de fideicom. & idem Barb. conſi. 71. illud in medium referã, col. 6. verſicu. nunc eſt videndum, libr. 3.

*Anima omnibus reb. præferãda.*

*Magis fauetur piæ cauſæ, quàm liberis.*

Verum hoc nõ eſt ſine dubio, nã ipſemet Petr. Anch. in c. in præſentia, de probationib. hãc quoq; opinionẽ tetigit, & ſubdubitãs nõ decidit, ſed cogitandũ ſuper ea relinquit cũ Richar. Malum. & Plum. Bal. in d. l. cũ acutiſſimi, col. 2. verſi. quæro quid ſi pater, in ſpecie tenẽt cõtrariũ, & ibi quoq; Paul. Ca. col. vlt. & Cor. col. 2. moti quia d. l. cũ acutiſſimi, habet locũ ẽt ſi fuerit ſubſtitutus alius filius, d. l. cũ auus, & quia potẽtior eſt rõ naturalis, quàm fictio, per l. filio quẽ pater, D. de libe. & poſthu. Et hanc partẽ ſequitur Barb. ſibi cõtrarius conſi. 55. præclare ſcribitur, col. 7. verſi. & adduce elegantẽ, lib. 2. vbi multa adducit, vt probet chariores eſſe filios parẽtib. quàm piam cauſam, & idẽ Barb. conſi. 38. difficile, col. 3. lib. 3. Et hãc etiã partẽ ſequitur Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, l. 1. col. 5. in 6. fallen. D. ad Treb. & videt ſequi Alex. cõſ. 94. ſuper eo, de quo quæritur, col. 2. verſ. poſſet ẽt reſpõderi, lib. 3. vbi poſtquã ad confirmandã ſuam ſñiam addu xit hanc deciſionẽ Pe. Anc. dicit quòd præcedẽtes rõnes quas ẽt adduxerat, ſunt tutiores, & illis magis adhæret, quaſi huic nõ adhæreat, aut certe de ea dubitet, & Soci. conſi.

*Contrariũ ſentiens.*

*Potentior eſt ratio naturalis, quàm fictio.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

conſi.191.licet difficultates,col.pen.verſi.3.quia iſta,lib. 2.Fely.in d.c.in præſentia, col.1.de probat. Tu vide quæ dicã in ſimili infra in 47.priuilegio, ſuper materia l.ſi vn quam,C.de reuo.don.& rurſum in 79.priuilegio.

## Decimumoctauum priuilegium.

*Si in defectum conditionis uiduitatem inducentis pia cauſa ſubrogetur,talis conditio non reÿcietur: uerum ea deficiente piæ cauſæ locus fiet.*

*Conditio uiduitatem inducens reÿcitur.*

*Conditio ſubrogata in alterius locum non aſſumit eiuſdē conditionis effectum.*

DECIMOOCTAVO, licet conditio matrimonium impediens, ſiue etiam viduitatem inducens adiecta legato facto mulieri,reiciatur,l.quoties,& l.ſed ſi hoc.§.vlti.& l. ſeq.& l. cum tale,§.reſcriptum,D.de condi. & demonſt. & in auth.cui relictum,C.de indic.vidui.Fallit tamẽ, niſi in defectũ huiuſmodi cõditionis vocetur pia cauſa, quia tunc non reiiciatur, quin ſi deficiat, vocatur pia cauſa. tex.eſt ſingul. loquens in libertate, quem Guliel. Barto. Paul.trahunt ad omnem piam cauſam in l. Titio vſusfructu,§.viri.D.de condi.& demon.& illũ tex. ad hoc ſing. reputat Rom.in d.auth.ſimiliter,in 2.ſpeciali,circa vltimas voluntates,& Soci.in d.reg.210. in 25. priuilegio.

## Decimumnonum priuilegium.

*Generalis diminutio in codicillis facta nihil abeſt relictis ad pias cauſas.*

*Verba generalia non extenduntur ad pias cauſas.*

*Extenſio de alimentis ad pias cauſas.*

DECIMONONO, licet diminutio in codicillis facta ſit per verba generalia eorum quæ relicta erant in teſtamẽto,non tamen extenditur ad ea, quæ in ipſo relicta erant ad pias cauſas,quin ea debentur omnino integra.tex.eſt no.loquens in alimentis,quem Nicol. Neap. extẽdit ad alias pias cauſas,in l.libertis quos,§.poſthumis,D.de alimen.& ciba. leg. & ſequitur Roma. qui illum text.dicit ſing.in d.auth.ſimiliter,in quarto ſpeciali,circa vltimas volũtates,& Soci.in d.regula 310.in 26.priuilegio.

Vice-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Viceſimum priuilegium.

*Teſtamentum pupillare à patre milite ad pias cauſas factum gaudet eodem priuilegio, quo teſtamentum ipſius patris.*

VICESIMO, licet alias pater miles, aut alias priuilegiatus, in teſtamenti factione non poſſit filio impuberi ita teſtari, vt tale teſtamentum gaudet eodem priuilegio, quo teſtamentum ipſius patris, per l. miles ita, §. exhæredato, D. de mili. teſtamen. Fallit tamen quando teſtatur filio impuberi ad pias cauſas, id enim æque priuilegiatũ, priuilegiis ſcilicet piæ cauſæ, ac ſi in ſuis ipſius bonis teſtatus fuiſſet. Ita voluit Bal. in l. 1. in lectu. col. antepen. verſi. quærit hic Bart. & iterum in repetitio. col. 8. verſi. ſeptimo incidenter, C. de ſacroſanct. eccleſ. per textum in c. ſi pater, de teſtament. lib. 6. & in l. in fundum per fideicõmiſſ. §. vlti. D. de legatis primo, & vtrobiq; reprehendit Bar. ibi aliter dicentem in 2. q. 4. q. principalis.

*Teſtamentũ pupillare non gaudet priuilegys teſtamenti paterni.*

*Niſi ſit ad pias cauſas.*

## Viceſimumprimum priuilegium.

*Directæ puberibus ad pias cauſas factæ ſubſtitutiones poſt editam hæreditatem non expirant.*

VICESIMOPRIMO, licet non poſſit quis puberi ſubſtituere directo poſt aditam hęreditatem, l. poſt aditam, C. de impuber. & aliis ſubſtitutio. fallit tamen in teſtamẽtis ad pias cauſas. Nam cum in illis attendamus ſolum ius gentium, aut diuinum, vt ſæpius diximus, idque non ſit iuris gentium, aut diuini, vtpote cum miles poſſit directo ſubſtituere maiori poſt aditam hæreditatem, per l. Centurio. D. de vulga. & pupilla. huic tamen lex ciuilis, aut princeps id permittere non poſſet, ſi eſſet iuris gentium, aut diuini, vt ſupra diximus in 8. priuilegio, & ita voluit expreſſe Barto. diſtinguens tamen, in repetitio. l. 1. colum. antepenulti. verſic. ſexto quæro. C. de ſacroſan. eccleſ. quem ſimpliciter ſequitur Panormita. conſil. 32. circa duo dubia. colu. 2. lib. 2. & Lancelo. Gali. in repeti-

*Nemo ſubſtituit directo puberi poſt aditã hæreditatem.*

*Niſi ad pias cauſas.*

*Miles directo poteſt ſubſtituere maiori poſt aditam hæreditatem.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tio.l.Centurio, col.x.verſi.octaua cadit dubitatio, D.de vulga. & pupil.qui ſubtiliter hanc partem confirmat, & rationes aduerſariorum alacriter refellit,cui adde & Bal. hoc tenentem conſ.356 punctus inter alia,lib.4. Nam & id (inquit) à milite fieri poteſt,l.miles ita hæredem,§.& quia diximus, D. de teſtamen.milit.

*Contrariũ defendentes.*

Nam Bal.in repetitio.l.i. col.8.verſi. octauo incidẽter quæro,in hoc aduerſatur Bar.ſicuti alias ſæpe,potiſſimũ in ea l.& adeo quidẽ inſolenter,vt poſſis aperte diiudicare, Bal.cũ ſuper eam l.ſcriberet,fuiſſe Bart.infenſiſſimũ, poſtquã.n.recenſuit opin.Bar.dicit quòd tales opin. non ſunt cõmemoratione dignæ.Tamẽ ſi aſſeſſores (ait) propter imperitiã ſequuntur errores,quib.nõ reſiſtitur,quoniam non intelligunt radicẽ iuris, ideo pro tãto reatu vt doctrinæ(inquit)phantaſticæ euellantur,& ſubintret nõ fallax, ſed vera doctrina, ſubdens quòd ſi directo poſſet ſubſtitui puberi adita hæreditate,offenderunt regulæ iuris. Itẽ vno tẽpore eſſet vnus hæres, alio alius, præterea qui ſemel eſſet hæres,deſineret eſſe hæres. Deinde bona vnita ſepararẽtur. Denique dicit de hoc eſſe caſum in c. ſi pater,de teſta.lib 6. Et hãc quoq; ſñiam ſequitur idẽ Bal.in l.extraneũ,col pen.C.de hęredib.inſtituen.vbi dicit nõ eſſe bonã ſimilitudinẽ de milite. Et hãc etiã partẽ nouiſsime ſecutus eſt Lancelo.Politus,in tract. ſubſtitionum,in titu de cõpendioſa ſubſtitutione, col.5.verſicu. quinta quæſtio iſt hac potiſsimũ ratione motus, quòd illa regula,quòd quis nõ poſsit directo alteri adita hæreditate ſubſtituere, non ſolũ procedat ex ratione ciuili, ſed etiã ratione iuris gentiũ Ex quo eſt quòd alter alteri teſtamẽtũ facere nõ poſsit, vel alter de re alterius diſponere,& ꝙ res noſtra ſine facto à nobis auelli nõ põt,vt toto titu. Inſtitu de rerũ diuiſio.& D. de acquir.rerũ domin. At cum quis alteri directo ſubſtituit adita hæredi. videtur alteri facere teſtamentũ, vel rẽ ſuã ſine ipſius facto, & in aliũ transferre. Et ita, inquit,ſubuertitur ratio Bar.

*Abſurda.*

*Qui ſemel eſt hæres non deſinit eſſe hæres.*

*Alter alteri teſtamentũ facere non poteſt.*

*Res noſtra ſine facto noſtro in alium transferri non poteſt.*

Iaſon autem in dicta l.Centurio,colum.4.verſic.adde quaſto, D.de vulga.& pupilla.dicit quòd quicquid dicat Bald.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Bald. text. in dicto c. ſi pater, facit pro Bar. qui etiam illum allegat, dicit enim Bar. vbi ſupra, quòd ſi prima inſtitutio non eſt ad pias cauſas, tunc non poteſt directo ſubſtitui poſt aditã hæreditatẽ, etiam ad pias cauſas, & hic eſt proprie caſu d. c. ſi pater. Si vero ipſa prima inſtitutio ſit ad pias cauſas, ſicuti & ſubſtitutio, ſecus, vt innuit ille ipſe tex. & ita dicit videri meliorem primam opinionem cum dicta limitatione. Subdit tamen non videri tutum fundamẽtum Bar. de teſtamẽto militis, vt quia videlicet in eo attẽditur ius gentiũ, ſicuti & in teſtamento ad pias cauſas, ideo quod in illo ſtatuitur, in huc quoq; procedere. Nam huiuſmodi ratio nõ eſt generalis, videmus enim quòd in teſtamẽto inter liberos, attendimus ſolũ ius gentium, vt not. in l. hac cõſultiſsima, §. ex imperfecto, C. de teſta. & tamen nõ poteſt pater filio poſt aditam hæreditatem directo ſubſtituere, per generalẽ rationem l. in pupillari, & l. in verbis ciuilib. D. de vulga. & pupil. Niſi (inquit) diceres, quòd illa iura debent reſtringi, vt non habeant locum. quando pater ſubſtitueret aliquem liberis.

*Diſtinctio Bartoli hac de re.*

*Refutato fundamenti Bartoli de teſtamento militis.*

*In teſtamẽto inter liberos ſolũ ius gentium attenditur.*

*Pater non ſubſtituit directo filio poſt aditam hæreditatem.*

## Viceſimumſecundum priuilegium.

*In pijs cauſis tempus incæptum habetur pro impleto.*

Vicesimosecvndo, licet alias relictũ tali tẽpore, & ſic per verba denotãtia tẽpus poſitum in caſu obligationis ſimpliciter, nõ poſsit peti niſi in fi. alius tẽporis, per l. qui hoc anno, & l. eũ qui certatũ. D. de ver. obli. & §. qui hoc anno. Inſtitu. de inu. ſtipu. Tñ relictũ tali mõ ad pias cãs, peti poterit in ipſius tẽporis initio, vt ẽ tex. nota. in l. ſi ita fuerit, D. de manu. teſt. quẽ ad hoc allegat, & cõmẽdat Ro. in d. auth. ſimiliter, in 5. & iterũ in 3. ſpeciali, & Soci. in d. regul. 310. in 37. priuilegio, dicitq; Roma. in d. quinto ſpeciali eſſe notãdum ad declarationẽ eorũ quæ dicuntur in l. ſi cui legetur. D. de legatis primo, & l. non putabam, D. de conditio. & demonſtrat. & l. qui filium, §. Sabinus, D. ad Trebel. & l. i. C. quando dies lega. ced.

*Tempus obligationis præciſe ẽ implendum.*

*Secus in pijs cauſis.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Viceſimumtertium Priuilegium.

*Deficiente conditione, cum ad certam ætatem peruenerit, legatum ad pias cauſas nihilo minus debetur.*

*Conditio, ſi ad certam ætatem peruenerit.*

VICESIMOTERTIO, licet relictum alicui, cum ad certam ætatem peruenerit, peti non poſſit illo ad eam ętatē non perueniente, tanquam deficiente conditione, l. fundus, & l. Mæuius. D. de conditionibus & demonſtrationibus. & l. qui habebit, D. de vulga. & pupil. Tamen relicta eo modo ad pias cauſas, peti poſſunt, licet ille morte pręuentus, ad eam ætatem non peruenerit, per textum notab loquētem in libertate, quem ad alias pias cauſas trahit, & dicit ſingul. Angel. in l. ſi ita ſcriptum fuerit, D. de manu. teſtamēto. & illū ſequitur Rom. vbi ſupra, in ſexto ſpeciali, vbi & de hoc dicit eſſe alium textū in l. ſi ſeruus liber, D. de ſtatulib. & Soci. vbi ſupra, in 28. priuilegio.

*Extenſio de libertate ad pias cauſas.*

## Viceſimumquartum priuilegium,

*In pijs cauſis inuentario etiam nondum confecto poteſt hæres conueniri à legatarijs.*

*Hæres exiſtens infra tempus cōficiendi inuentarij.*

VICESIMOQVARTO, licet hæres exiſtens infra tēpus conficiendi inuentarii, non poſsit interim conueniri à legatariis & fideicōmiſſariis, per text. in l. vlti. §. donec. C. de iure deliberand. Fallit tamē in relictis ad pias cauſas, vt voluerunt Richard. & Cyn. & poſt eum Bal. in d. §. donec. & idem Bal. in repetitio. l. i. char. pen. in 9. q. C. de ſacroſ. eccleſ. & l. nulli, col. 3. verſi. deinde nota hic, C. de epiſcop. & cleric. Angel. & Imol. in l. hæc ſtipulatio, D. vt leg no. cau. Iaſ. in l. eam quam, col. antepen. verſi. notabiliter limita, C. de fideicommiſ. Et facit, quia res dilationē non recipit, cum de ſalute corporis tractatur, argumen. l. vlti. D. de appellat. recip. ideo multo minus cum de ſalute animæ tractatur, per l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. quam rationem affert Baldus in dicta l. i. eodem titulo.

Viceſi-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Viceſimumquintum Priuilegium.

*Teſtator cenſetur etiam in pijs cauſis legaſſe ſecundum conditionem ipſius rei.*

VICESIMOQVINTO, licet alias non quod maius eſt, & melius, ſed quod minus eſt, in dubio venit, quando legatum factum eſt in genere, vel alias obſcure, l. qui concubinam, §. vlti. & l. nummis, D. de lega. 3. & l. apud Iulianum, §. ſeruo, & l. ſi ita ſit adſcriptum, & l legata generaliter. & ibi concord. in gloſſ. D. de legat. 1. Tamen ad pias cauſas quod maius eſt debetur, per tex. ſingul. in l. Titia. §. vlti. D. de auro & argento lega. & ibi glo. Bart. Nicol. Neapo. & alii hoc nota. Ex quib. Bar. ipſe dicit per illum textum, quòd ſi quis legat eccleſiæ calicem, intelligitur in dubio ex argento, aut ſi quis iubet fieri planetam eccleſiæ, intelligitur ex ſerico, hæc ſunt Bartoli verba. Illũ quoque textum ad hoc ponderat Bal. in l. ſi quis ad decimandam, col. pen. C. de epiſcopis & cleric. vbi & dicit idem quod Bar. vbi ſupra, & dicit eſſe menti tenendum, & idem Bal. in l. ſi nondum, C. de furt. & in princip. proœm. Decret. vbi dicit illum textum nota. ad hoc quòd honor debetur Deo, propter magnam gloriã ſuam, & propter ipſius honorem augetur interpretatio teſtamẽti, & Petrus Anch. Imol. & Panormita. qui hoc repatat. ſingu. in c. indicante, de teſtament. Roma. qui & illum text. dicit ſingul. in dicta authent. ſimiliter, in 22. ſpeciali, & ſingul. 517. quæro. quid ſi lego, & Barto. conſ. 59. illud in medium afferam, colum. 11. lib. 2. & Soci. in dicta regul. 310. in 51. priuilegio, vbi etiam dicit illum text. ſingul. & conſil. 247. circa 1. colum. verſicu. ſed poſito, lib. 2. vbi etiam facit illum tex. ſingul.

*Legatum calicis eccleſiæ relictum.*

*Ob Dei honorẽ augetur interpretati o teſtamenti.*

Sed attende lector, quantum errãt qui ex d. l. Titia. §. vlti. afferunt piæ cauſæ deberi in dubio quod eſt maius, cum aperte ex eo cõtrarium probetur. Nam expreſsim loquitur de ſigno Dei relicto cuipiam tẽplo, in quo non niſi aut aurea, aut argentea tantum dona ſint, cũ alias te

*Teſtator præſumitur legaſſe ſecundum conditionẽ ipſius templi.*

D 4 ſtator

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

teſtator præſumatur feciſſe legatum ſecundũ conditionem, ipſius tẽpli, per l. ſed & ſi ſuſceperit, §. ſi libertis, D. de iud. & l. vel vniuerſorum, D. de pign. act. ideo & illic cauetur argenteum ſignum deberi, & ita nũmum ex ſolitis dari eidem templo, nam ſi maius dari debuiſſet, aureũ dandum fuiſſet. Et ita nulla eſt omnino ſpecialitas in pia cauſa, quantum ad eam rem pertinet, ſicuti etiam ſcitiſſime annotauit Imo. ſibi cõtrarius, in d. l. ſi ita ſit adſcriptum, & ibi latius Iaſ. col. vlt. D. de lega. i. & Bal. Nouel. in tract. de dote, in ſexta parte, in 72. priuilegio, Bened. Cap. conſi. 3. circa hoc plura, col. i. Barb. ſibi cõtrarius, in d. c iudicante, col. 9. de teſta. & Phil. Dec. in l. ſemper in obſcuris, col. 2. D. de reg. iu. Et hanc interpretationẽ adiuuat tex. in c. ex parte, de cẽſib. vbi ſi votum cuiuſpiam menſuræ debeatur, ignoretur tamen qua id menſura ſolui debeat, cum plures illic ſint, ſatis eſt ſolui ad minimã. Quem locum enarrans Panorm. cum intelligeret d. l. Titia, §. vlt. ſecundum intellectũ Bartoli, vt videlicet quod maius eſt præſtari debeat, fauore eccleſiæ, miris modis torquetur, vt contrarium ex dicto c. diſcutiat.

*Nihil ſpeciale hac de re in pia cauſa.*

*Votũ cuiuſpiã mẽſuræ debitũ.*

## Vigeſimum ſextum Priuilegium.

*In puris legatis ad pias cauſas non habet Falcidia locum, ne per obliquum quidem: niſi pia cauſa ſit hæres inſtituta; aut detracta Falcidia poſſit nihilominus adimpleri uoluntas, aut etiã aliud relictũ ſit ad non piã cauſam, tunc. n. pro rata tantũ ex utriuſque legato detrahetur, aut demq; niſi aliud ea de re teſtator diſpoſuerit.*

*In pijs cauſis nõ detrahitur Falcidia.*

VIGESIMO SEXTO, de relictis ad pias cauſas non detrahitur Falcidia, tex. in §. ſi autem hæres, in authentic. de eccclſ. titu. & in dicta authen. ſimiliter, ſuprà ſæpius allegata, & latẽ omues doct. Id quod etiã procedit de iure Pandectarum quando detractione facta, id quod ſupereſt non ſufficit adimplendam uoluntatem teſtatoris circa relicta ad pias cauſas, vt eſt tex. nota. in l. decem, D. de fideic. libert. quem ad hoc dicit ſing. Rom. in

*Idq; etiam de iure Pandectarũ.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

it dicta authenti. ſimiliter, col. iii. & Bened. Cap. conſil. 85. & ſi uideatur, col. i. licet tamen gloſſ. ibi, quam omnes ſequuntur dicat indiſtinctè hoc de iure Digeſtorum nõ procedere.

*Neque mediate, neque etiam immediate.*

Et id quoque procedit, ut uidelicet non detrahatur hoc caſu Falcidia, neque mediatè, neque immediatè: uerbi gratia, Sempronius hæres inſtitutus debet ſoluere legatum Titio, Titius eccleſiæ, certè Sempronius non detrahit Titio: nam illi detrahendo detraheret eccleſiæ, cõtra dictam authent. ſimiliter. & de hoc eſt bonus text. in ſimili, in l. cùm dotem maritus, & ibi Paul. Caſtr. & in l. ſi ſeruus, cum ſeq. D. ad legem Falc. & bene facit l. decem, D. de fideicomm. liberta. & l. ult. §. ult. C. de bonis quæ liber. & in l. ſi patroni, §. i. D. ad Trebel. & ita in ſpecie tenet Bar. in repetitio. c. Raynaldus, col. cli. uerſi. iiii. de teſtamen. & ante illum, licet non alleget, Bal. in l. auia, §. Titio, per illũ text. D. de condit. & demonſt. & in l. cùm tale. §. non eſt, D. eod. Roman. in dicta authent. ſimiliter, charta antepenult. qui hoc dicit ſingul. & Corn. ibi, col. ii. ad fin. Idem Roma. in l. Marcellus. & ibi etiam Alex. col. iii. D. ad Trebel. & dictus Roma. conſil. 206. licet de communi concluſione, Ang. in dicta l. cùm dotem, & ibi quoque Paul. Caſtr. in lectu. Padua. & etiam Alex in d. l. i. §. ad municipium. D. ad legem Falc. & conſi. xx. ponderatiſhis, col. ult. lib. 3. & Benedict. Capra conſil. 78. punctus, Buciarellus, col. ult. & conſil. 143. punctus, ſtatuto ciuitatis. col. ii. ad fin. & Franc. Aret. conſil. 67. diligenter & maturè cõſiderato teſtamento, col. pen. ubi & ad hoc allegit text. quem dicit ualde not. in l. ſed ſi non ſeruus, circa medium. D. ad leg. Falc. & Soci. conſi. 77. in puncti conſultatione, col. 5. uerſ. reſtat ergo vnũ. lib. 1. & conſ. 49. uiſo inſtrumento, col. ult. uerſic. confirmo hanc, lib. 4. Philippus Franc. qui & hoc dicit ſingul. in c. ii pater. char. pẽn. de teſta. lib. 6. & Iaſon in l. i. in i. lect. col. penul. C. de ſacroſanct. eccleſ.

*Si tamen certũ ſit legatum ad pias cauſas.*

Sed hoc ultimũ procedit, quãdo certũ eſt, legatũ eſſe peruenturum ad piam cauſam, ſecus ſi incertum, vt quia

hæres

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

hæres eſt grauatus reſtituere piæ cauſæ ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis, ut uoluit Ro. d. cõſ. 206. in fi. ubi dicit ita ſentire Bal. in d. §. Titio, & hoc uidetur ſequi Alex. in l. i. §. ad municipiũ, C. ad leg. Falc. & in d. l. ſi cũ dotẽ. & rurſum in d. l. Marcel. ubi dicit pro hoc facere d. l. ſi nõ ſeruus, §. ult. D. ad l. Falc. & Corneus in d. auth ẽ ſimiliter, & Soci. cõſ. 115. uidebatur prima conſultatione, col. 2. uerſi. ſed ad omnia. lib. 4. & ante hos Pau. Ca. cuius non meminerunt, conſ. cccxxi. uiſis & ponderatis. col. ult. lib. ii. Subiungit tamẽ Alex. quòd hoc caſu hæres debet cauere de reſtituẽdo quod detraxit eueniente conditione, per tex. in l. in lege Falcidia nõ habetur, D. ad leg. Falcid. iũcta l. i. in prin. D. ut leg. no. ca. quod & idẽ repetit. cõſ. 217. põderatis his, ante ſi. lib. 6. & Bened. Cap. ſibi cõtrarius cõſ. 71. cũ uiſis & cõſideratis, col. ulti. fuit ſimpliciter in ea opi. ut detrahatur, niſi legatũ primo loco relinquatur eccleſiæ, uide Bal. in l. cũ uirũ, alias, eã quã, uet lic. ſed pone, C. de fideicõ. Pan. autẽ, ubi ſupra dicit hoc caſu detrahi Falcidiã, ut ſupra diximus, ſed ſi poſtea contingat cõdemnationẽ euenire, ita quòd res ſit reſtituẽda piæ cauſæ, certe nõ eſt amplius detrahẽda Falcidia, quia debebitur tanquã ex ultimo moriente, per l. codicillis, in fi. prin. D. de uſufruct. lega. nõ tamẽ reſtituẽda eſt illi Falcidia iam primum detracta ab hærede: & ita cum eo non conuenit Alex. tu uide hic Stepha. Bertrand. conſil. 357. nume. vii lib. ii. & dicto conſi. ccl. num. xv. lib. 3.

*In legato conditionali ad pias cauſas, detrahitur Falcidia cautione adhibita.*

*Niſi primo loco relictum ſit piis cauſis.*

*Aut niſi condemnatio reſtitutionis piæ cauſæ ſit facta.*

*Falcidia tamen prius ab hærede detracta non reſtituitur.*

Sed quod primo loco dictũ eſt de relictis ad pias cauſas nõ detrahi Falcidiã: multis modis intelligẽdũ eſt. Primo, niſi pia cauſa fuerit hæres inſtituta, quia tunc ea pia cauſa detrahet Falcidiam à legato facto piæ cauſæ, cum priuilegiatus contra priuilegiatum non utatur priuilegio. ita uoluit Ang. in d. auth. ſimiliter, §. ſed & hoc præſenti, in fi. per illum tex. in auth. de ſanc. epiſc. & Saly. in auth. qui rem, C. de ſacroſanc eccl. Alber. in l. ſi quis ad declinãdam. col. i. in ii. q. C. de epiſ & cle. Imo. in d. l. i. §. ad municipiũ. & ibi quoq; Raph. Cum. qui refert idẽ quoque tenuiſſe Dy. et Alb. Ro. D. ad l. Fal. & Pan. in c. in præſentia.

*Niſi etiam pia cauſa ſit hæres inſtituta.*

*Priuilegiatus contra priuilegiatum non utitur priuilegio.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ſentia, col. 14. vbi dicit ita cõſuluiſſe Franc. de Alber. & ibi etiam Philip. Dec. col. 24. de probatio. & rurſum idem Panormita. in c. cum. cauſam, per illum tex. de præbend. Alexand. qui hoc reputat ſingul. in additio. ad Barto. in dicta autenhic. ſimiliter, & Firm. qui & hoc dicit ſingu. in tractatu de epiſcopo, in xxxi. q. 4. partis, lib. iiii uerſicu. quæro an etiam delegati, & Bened. Cap. conſi. lxviii. circa quod etſi uideatur. in tertio dubio, quod eſt in ulti. colum. & iterum conſil. lxxviii punctus Buciarellus, col. ul. Firmia. in tractatu de epiſcopo, in quarta parte libr. iiii. in xxxi. quæſtione, uerſiculo, quæro etiam de legatis.

*Contrariũ ſentientes.*

Contrarium tamen tenet Roma. in dicta authen. ſimiliter, char. antepenul. & ibi quoque Corne. colu. ulti. ubi dicit in hanc partẽ conſuluiſſe Franciſ. Alber. ſicuti uere conſuluit conſil. incipien. quæritur ſi aliquis fecit: quanquam ab aliis allegatur, conſuluiſſe pro prima parte, idẽ Corne. cõnſi. cxl. circa hoc, colu. ii. libr. i. ubi ad hoc multa allegat Roma. Iaſon, & Alexand. in dicta l. Marcellus, D. ad Trebellia. Alex. in dicto §. ad municipium. & Barbat. in d. repeti. c. Raynaldus, col. cli. uerſicu. xxxix. de teſtamen ubi ita dicit ſe cõſuluiſſe. Philip. Franc. in c. ſi pater, char. penult. de teſtamẽt. & Fabi Gochi. in repetit. authent. nouiſſima, in xxiiii. q. princip. uerſicul. ſed utrum eccleſia, C. de inoffic. teſtamen. ubi ita dicit cõſuluiſſe in ciuitate Eugubii Fely. in dicto c. in præſentia, col. xv. de probatio. Mouentur, quia quod dicitur, priuilegiatũ non uti priuilegio, ubi eſt paritas hinc inde priuilegiorũ, per l. ſed & milites, uerſicu. i. & ii. D. de excuſa. tuto. & not. in l. uerũ, §. ſciendũ, cũ l ſequen. D. de minoribus, & l. aſſiduis. D. qui potio. in pig. hab. & in l. priuilegia, D. de priuileg. cre. & per Cy. & Ber. in authenti. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. ubi priuilegiatus cõtra priuilegiatum. tum demum non gaudet priuilegio, cum uterque eſt priuilegiatus in ſpecie: ſecus ſi unns eſſet priuilegiatus in ſpecie, alter in genere. Nã qui in ſpecie eſt priuilegiatus, utitur priuilegio aduerſus aliũ, per textũ apertum in l. ulc. D, ex. quibus cauſis maio. ubi minor læſus, ue

*Reſponſio ad cõtraria argumenta.*

*Vterque priuilegiatus in ſpecie non gaudet priuilegio apud alterum.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uel abſens reſtituitur contra minorem uel abſentē, quia uidelicet non eſt læſus minor uel abſens priuilegiatus, quòd aduerſus eũ nõ cõpetat reſtitutio: ſicuti & eccleſia nõ præſcribit contra eccleſiã, niſi tãto tẽpore quãto priuatus, uidelicet quadraginta annis, quia eccleſia nõ reperitur actiue priuilegiata in præſcriptione, ſicut paſſiue per d.l.vlt. & d.authen. quas actiones, C.de ſacroſ.eccle. & c.auditis, de præſcriptionib. & pro hac etiam doctrina eſt bonus textus in c.ad aures, & ibi not. Panor. in ii. notab. eodem titu. de præſcriptio. & in c.cum pro cauſa, & ibi quoque Panormi. in ij. notab. de ſenten. excõmunic. At in propoſita pia cauſa, quæ vult deducere Falcidiam, vult uti priuilegio pro generali & cõmuni omnibus: cauſa autem pia eſt, quæ negat iure ſpeciali. Et propterea nõ obſtat (inquiunt) alii text. in dicto §. ſed & hoc præſenti, quia ibi utraque cauſa reperitur priuilegiata in ſpecie, ut ibi patet. Et, ut alii etiã dicunt, illud ibi procedit, quia expreſſa prouiſio hominis ad pias cauſas, facit ceſſare prouiſionem legis, etiã ad pias cauſas, l. & habet, §. cũ quis. D. de precar. & l. ulti. C. de pactis conuentis, cũ ſimilibus.

*Eccleſia nõ præſcribit aduerſus eccleſiam, niſi ſpatio quadraginta annorum.*

*Expreſſa prouiſio hominis.*

Sed his cõtinuo occurrit Philippus Decius in dicto c. in præſentia, colum. xxiii. & ſequent. de probationib ubi dicit quòd iſta declaratio, diſtinctioq́; priuilegiati in ſpecie, & in genere, eſt cõtra text. in dicto §. ſed & hoc præſenti, & ea quæ ſupra diximus de minore, & abſente, & alia ſimilia: in quibus, ſi recte res attẽdatur, priuilegiatus ſpecialiter in aliqua cauſa, non utitur priuilegio contra alium priuilegiatum in genere, propter ſimilem eius qualitatem, ut recte patet in caſu, de quo ibi per gl. & docto. Monaſteriũ enim habet priuilegium, ut excludat ſubſtitutum uocatum à teſtatore, & tamen non utitur priuilegio contra aliud monaſterium ſubſtitutum, quod quidẽ monaſterium ſubſtitutum nullũ in illo caſu habet priuilegium. Et eodem modo poſſent induci ea quæ ſupra dicta ſunt. & ratio manifeſta uidetur: quia cum priuilegiũ concedatur ſimpliciter non debet trahi, ut habeat locũ contra alios pariter priuilegiatos, quia nõ eſt eadẽ ratio, &

*Reſpõſio ad cõtraria.*

*Monaſteriũ excludit ſubſtitutũ à teſtatore. Non tamen aliud monaſteriũ ſubſtitutum.*

*Priuilegiũ ſimpliciter conceditur.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& indefinita non æquipollet uniuerſali, ubi eſt diuerſa ratio, vt per Dyn. in rubri. de regul. iur. in vi. & per Barto. in l. ii pluribus. ff. de leg. ii. Nec obſtat d. l. ulti. D. ex quibus cauſis maio. & dictum c. auditis, de præſcriptio. cum ſimilib. quia in illis caſibus ille qui priuilegio utitur contra alium priuilegiatum, certat de damno uitando, alter priuilegiatus de de lucro captando: & ideo eius priuilegium nō attenditur, vt declarat Baldus in anthen. perpetua, C. de ſacroſanct. eccleſ. Petrus Anchara. cōſ. xxxvi. contra, col. ii. Paul. Caſtren. conſi. 313. ut bene attingatur, circa finē. Angel. Areti. in §. rurſus. Inſtitu. de actionib. Præterea quia illud, quod de legato ad pias cauſas non detrahitur Falcidia, introductum eſt in fauorē eccleſiæ, uel animæ teſtatorū, uel alterius piæ cauſæ: quæ quidem ratio ceſſat quando eccleſia, aut alia pia cauſa eſt inſtituta hæres, ideo & ceſſare debet diſpoſitio. Sed & nouiſſime Lancelot. Polit. in repetitio. l. filium, col. 36. uerſicu. circa quartum. C. familiæ erciſcund. dicit, longe ſibi magis placere primam opinionem, quoniam multo firmius & ualidius eſt priuilegium commune, quàm ſpeciale, ut not. docto. in l. Centurio, D. de vulga. & pupilla. quod maxime (inquit) uerum eſt, quando commune priuilegium eſt in perſona illius, cui & ſpeciale concederetur, propterea non eſſe probandam conſiderationem eorum, qui ſecundam partem tenent, quoniā pia cauſa, quæ vult deducere Falcidiā, duplici cauſa mouetur. Alia eſt ius commune, quod etſi non ſufficeret, remanet altera, ſcilicet fauore piæ cauſæ. reſpondetq; ſimiliter ad dictam l. ultimam, D. ex quibus cauſis maiores, quia is cui ibi conceditur reſtitutio, certat de damno uitando, alter de captando lucro, & ideo in pari cauſa fauendum eſt repetitioni, l. non debet, in fi. D. de regu. iur. Et ita per hæc eſt expedita hæc prima limitatio, ex quibus cōſtat non immerito dubitaſſe gloſſ. in c. pontifices, in fi. xii. quæſtione ii. quid in hoc caſu dicendū eſſet, adeo eſt dubius.

*Indefinita non æquipollet uniuerſali.*

*Priuilegiatus certas de lucro captando nō utitur priuilegio contra alium priuilegiatum.*

*Ceſſante ratione, ceſſat eius diſpoſitio.*

*Validius priuilegium cōmune, quàm ſpeciale.*

*Pia cauſa dupliciratione fulcitur in deducēda Falcidia.*

*In pari cauſa fauendū eſt repetitioni.*

Secundo eſt limitandum, ut uidelicet non detrahatur Falcidia ex teſtamento ad pias cauſas, quando ſi detraheretur,

*Non adimpleta pia uoluntate ex rei quo, nō detrahitur Falcidia.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

retur, non poteſt adimpleri pia voluntas ex eo quod eſſet reliquum. At vbi detracta Falcidia poſſet adimpleri legatum, tunc bene detrahitur Falcidia, vt voluit Barbat. in dicto c. Raynaldus. col. 151. quadrageſimò pondera, de teſtam. per tex. in d. §. ſi autem hæres, in authentic. de eccleſ. tit. & in l. dotem. D. de fideicomm. liberta. Et ita, inquit, non ſunt correcta iura antiqua, ſed tantùm recipiũt limitationem, per dictum §. ſi autẽ hæres. quod etiam voluit Ro. in d. authenti. ſimiliter, col. 3. Sed aduerte, quòd Angelus in l. decem, hoc aliter intelligit, vt videlicet tum demum non detrahatur Falcidia ſecundùm illam auth. ſimiliter, quando non relinquitur legatum piæ cauſæ ad certum & limitatum vſum, ſed ſimpliciter & in genere. Sed ſi relinquatur ad certum & determinatum vſum, puta ad conſtructionem alicuius capellæ, & is vſus explicari poteſt & perfici cum detractione Falcidiæ, ea certè detrahitur, per dictam l. decem, cum gl. & l. ſi ſeruus, & l. ſequen. cum gl. D. ad leg. Falc. dicit tamen cogitandũ: quia non ponit pro conſtanti. & hoc ſimpliciter refert & reputat ſingul. Alex. in d. l. Marcellus, col. 4. D. ad Trebel. & in l. i. §. ad municipium, col. vlt. D. ad leg. Falcid.

*Diſtinctio legati piæ cauſæ ad certum aut incertum uſum relicta.*

Limita tertiò, vt procedat quod dictum eſt, non detrahi Falcidiam à legato ad pias cauſas, niſi ei, cui eſt legatũ ad pias cauſas, puta ad alimenta, eſſet etiam relictũ aliud ad non piam cauſam, puta fundus: quia tunc de tali legato fundi tantum detrahitur, quantum ſufficit ad Falcidiam vtriuſque. Ita voluit Ang. in dicta l. ſi ſeruus, per illum textum cum duabus ſequent. & ibi etiam Imol. in l. ex aſſe, & ibi Alex. quem omnino vide, eodem tit. & Alexand. qui hoc dicit notab. in dicta l. Marcellus, & dicto §. ad municipium, quibus locis ſuprà allegauimus, & in additio. ad Bart. in dicta authent. ſimiliter, & Firmia. qui & hoc reputat ſingul. in tract. de epiſcopo, in xxxi. q. quartæ partis, lib. 4. verſic. quæro etiam an de legatis.

*Falcidia detrahitur ex legato ad non piã cauſam contracto legato ad pias cauſas.*

Limita quartò, vt quamuis de huiuſmodi relictis ad pias cauſas nõ detrahatur Falcidia, tamen ex illis, & aliis ad non pias cauſas pro rata tãtùm detrahetur, vt reducantur

*Pro rata tamẽ ut cuiuſque, tã ex relictis ad pias cauſas, quàm ad non pias.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tur ad vires patrimonii, verbi gratia, teſtator habens in bonis quadringenta, legauit quadringēta ad nō pias cauſis, & centum ad pias, ea centum non debentur integra, ſed de illis, atque etiam de quadringentis non piæ cauſæ deducetur quinta pars vt reducatur ad vires patrimonii, & ita piæ cauſæ debebantur ſolum octoginta, & eam quintam partem. ſ. viginti hæres retinebit, & de quadringentis legatis ad non pias cauſas detrahet Falcidiam. ita voluit Io. An. in add. Spec. tit. de teſtam. §. i. uerſic. quid in legatum, in fi. Bar. in dicta authen. ſimiliter, in fi. Ang. Imo. Pau. Caſt. & Alex. in l. ſi poſt miſſionem, per illum text. D. ad legem Falcid. Angel. & Imol. in l. in ratione, §. quod uulgò, eodem tit. Ang. in l. certarum, §. ſi miles, eod. tit. Imol. in l. ſi quis teſtamento, §. i. D. de lega. i.

*Teſtatore nihil diſponente de Falcidia piæ cauſæ, nec ea detrahitur.*

Limita quintò, ut ſcilicet non detrahatur Falcidia ab huiuſmodi legatis ad pias cauſas, cùm teſtator nihil de ea re diſpoſuit, nā ipſe poteſt diſponere ut detrahatur, ut not. in aut. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. & per Socin. conſi. 48. conſiliis, & c. capio primam quæſtionē, col. 3. uerſicu. quintò confirmatur, lib. i.

## Viceſimumſeptimum Priuilegium.

*Quarta Trebellianica non deducitur ex fideicommiſſo uniuerſali ad pias cauſas.*

*Trebellianica an deducatur in pys cauſis.*

VICESIMOSEPTIMO, non ſolum non detrahitur Falcidia ex ſingulis uidelicet legatis, ſed nec etiam Trebellianica ex fideicommiſſo uniuerſali, ut uoluerunt Iacob. Bel. Fulgo. & Angel. in dicto §. ſi autem hæres, in autheu. de eccl. titul. Spec. tit. de inſtrum. edit. §. compendioſe, uerſicu. ſed cùm deductio, col. ult. Dyn. in l. i. §. filii, D. ad Trebellia. Cy. Bar. Bal. Ang. Saly. qui hanc ſententiam dicit in practicam tenendam, & Raphal in dicta authen. ſimiliter, C. ad legem Falcid. Cyn. Ang. & Imol. in l. i. §. ad municipium, D. ad leg. Falcid. Ioan. Cald. conſi. 40. quædam mulier, ad fin. in titu. de inſtrum. Specu. qui

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quia ita dicit fuiſſe iudicatum,in ti·de inſt.edi.§. compen dioſe,verſi.ſed cum deductio,Bar·Bal.& Ange.in l.Marcellus,D.ad Trebellianum, Bar.in l.1.in 5.q.5.q. principalis,C.de ſacroſan·eccl. Ioan·de Fantzenz. Petrus Anchar.& Domini, in c·ſi pater,de teſtamen.lib·6.Barto.in authen·ſed etiam in ea, C.ad legem Falci. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe ſæpius,& ita de facto conſuluit in 6.conſil. viſo teſtamento,ad fin.& iterum conſi. 34. factum tale eſt, Maſſius Martini,col. vlt.& conſi.56.Bar. condidit teſtamentum,in tertio dubio,& conſ 68.proponitur quòd Iohanellus,colum.2. verſi.ex prædictis, Bald. in repetitio. l.1.colum.xv.verſic.ſuper decimo quæſito, C.de ſacroſ. eccl.& in l.id quod pauperibus,in 17.q.& in l. ſi quis ad declinandam,colum 1. & ibi Salyc. qui hoc dicit ſeruari in practica,& Pau.Caſtren. C. de epiſcop.& cleric.idem Bald.in l·vlt.C.eodem tit.& in l.& in epiſtola, circa medium,C.de fideicommiſ.Bal.& Ang.in l.auia,§.Titio, D. de conditio.& demonſtrat.Bal.l.executorem, C. de excep rei iudic.& conſi.85.quæritur vtrum ille,in prin.libro 1.& conſi.99.factum tale eſt,Nicolaus,lib.2.& conſil.171.præmittenda ſunt,in fi.lib.3.& conſi.8.ſi codicillaris, libro 4. & conſil. 90. hoc capite proponitur quòd Chriſtianus,eodem lib.4. & conſi.350.in conſulendo, in fi·eod.lib.4.& conſi·423.Franciſchinæ quæ deceſſit, eodem lib.4.vbi dicit eam communem eſſe opinionem Legiſtarum,& conſi.3·factum tale eſt,lib.5.& conſi.296.factum ſic ſe habet,eodem libro quinto, & conſil. 39.viſo teſtamento,colum.2.eodem lib.v.& conſi·328. determinatio,in fin eo. lib.5.Signo. conſi.16. factum tale eſt, reperitur quòd quidam,in 2·q. Iaco. Bel. & Ange. in §. ſi autem hæres,per illum textum in authentic.de eccl.ti. Angelus in §.ſi vero expreſſim,colum.7. in dicta authentica de hæredibus,& Falcid.& in §. ſanctiſsimus, in authentic. de ſanctiſſimis epiſcopis, & in l. ſed ſi non ſeruus, D eodem titu. & conſi.41. punctus, de quo quæritur, in fin. ubi dicit hanc eſſe veram, & approbatam opinionem, & iterum conſi.59. quidam pater [illegible],

poſt

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

poſt princip. vbi & dicit hãc opinionẽ communiter eſſe Cõmunior hæc
approbatã,& conſi.159.Corradus Alber.in fi.Ioan. Cal in re opinio.
de.conſi.40.quædam mulieres,eo.tit.de teſtamen. Petr.
Anch.conſi.144.præfatis nominibus, in fi. Anto.Cardin.
floren.Panor.qui hanc dicit eſſe communẽ opinionem,
in c.Raynaldus,col.6.de teſtament. & conſi.59. viſo te-
ſtamento,col.2.verſi.item ex alio capite, lib.i.vbi etiam
dicit hanc eſſe cõmunem opinionem, & conſil.32.circa
duo dubia,col.vlti. in 2.dubio,lib.2. vbi & dicit ſe vidiſſe
conſilia ſolennium docto.in hãc ſententiam, & eſſe com
munem opinionẽ doct.vtriuſque iuris, Ro.conſi.239. in
hac re breuis ero,in 2.dubio,vbi hanc quoque dicit eſſe
communẽ opinionem,à qua non eſſe recedendum, neq;
conſulendo,neque iudicando, & conſi.376. viſis dubiis,
in primo dubio,& Pet.An.conſi.8.hoc initio, difficultas
quæſtionis,ad fi.Paul.Caſt in l.cum dotẽ,in lect.Padua-
na,D.ad leg.Falci.& conſi.304.primum dubiũ,colu.i lib.
i.vbi ita dicit ſe ſemper tenuiſſe,& conſi.12. prima con-
ſultatio,col.2.lib.2.& conſi.438.de iure communi, in fi.
eo.lib.i.tamen non omnino aſſerit, & conſil.67.in cauſa
præſenti, col.2.lib.2.& iterum conſi.102. videndum eſt
primo,col.2.lib.2.& conſ.152.viſo puncto,in quarto du
bio,col.i.& 2.& cõſi.167.præſuppoſita pro vera,in prin.
eo.lib.2.& conſi.187.caſum iſtum,ante fi.eo. lib.2.& cõ
ſil.321.viſis & conſideratis, col.vlti.eod.lib.2. Pe.Bel. in
ſpeculo principum,titu.de materia executorum vltima-
rum voluntatum,§. videamus,col.vlti.Benedic.Cap.qui
vbique dicit communiter teneri,conſ.18.cum viſo & cõ
ſiderato,col.pen.verſi.quo ad Trebellianicam,& conſil.
ſeq.etſi viſo & conſiderato,in princ.& conſi.28.punctus
fuit quidam,col.vlti.& conſi.32. punctus,caſus talis eſt,
verſi.circa ſecundũ,et conſi.54.punctus,quidã Ang.col.
2.et cõſi.61.cũ viſis et conſideratis. col.vlt. et conſi.66.
punctus quidã Bernardus,col.3.et conſi.78.pũctus Bona
rellus,col.3.et cõſi.ſeq.pũctus quidã Titius.in fi.et cõſi.
115.cũ prout in facto,col.vlt.Frã.Aret. cõſi.67.diligẽter
et mature,col.pe.Barb. conſi.58.illud adferã,co.5.lib.3.

E let conſi.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

& conſi.217.ponderatis his.ante fi.lib.6.vbi dicit cõmuniter in practica ſeruari, Soci. cõſi.77. in præſenti cõſultatione,col.5.verſi. reſtat ergo vnum,lib.i.& cõſi.80. de duob. principaliter quæritur,col.5.verſ.põt aũt dubitari, lib.i.& cõſi.116.non põt negari.col.vlt.eo.lib.i.& conſi. 144.diligẽter cõſiderata,col.vlt.eo.lib.1.& cõſi.82.in cauſa vertẽte,col. pe.verſi.ſed difficultas,lib.4.Corn.conſi. 93.licet poſſet,col.2.verſi.deueniẽdo,lib.1.vbi hanc dicit eſſe communẽ opinionem, & iterum conſi.168.in hac cõſultatione,col.4.verſi. deueniendo ad tertium, eo.lib.2. vbi etiã dicit ita cõmuniter teneri, Iaſ.in rubr.D.ad Trebel.Stepha. Bertran.conſi. 149. viſo teſtamẽto, in vltimo dubio,lib.2.& Lãcel. Polit.in d.l.filium quẽ, loco ſupra allegato,Philip. Dec.qui & hanc dicit communẽ,conſil. 299.in cauſa mihi commiſſa,col.2.verſi.& aduerte.

*Contraria priori ſententia.*

Sunt tamen multi,& hi quidem maximæ authoritatis, qui tenent contrariam ſentẽtiam,videlicet gl. Archid.in additio.& Ioan.Andr.in d.c.ſi pater,per illum tex. de teſtamen.lib.6.Inno.in c.ſi tibi,circa finem,de teſtament. prout illũ refert Bal.in d.l.& in epiſtola, C.de fideicom. Ioan.Andr.in additionib. Specula. dicto titu. de inſtrumen.edit.loco ſupra allegato. Idem Bal. ſibi contrarius poſt Ioan.Caſtellio.conſi.229.in primo articulo,in ſecũdo dubio,lib.3.& in authẽtica,ſed cum teſtator, C.ad legem Falcidiã,Ioan.Cald.& Ioan.de Ligna.quos ita conſuluiſſe dicit Saly.in d. authentic.ſimiliter.Iacob.Butri. Rayn.Forl.& Alber.in d.l.ſi quis ad declinandam, C.de epiſcopis & clericis. Idem Iacobus & Salycet. qui hanc partem dicit de iure eſſe veriorem,in d.authen.ſimiliter, & ibi late Roma.ſibi contrarius in 40.ſpeciali, vbi hanc rem latiſſime omnium diſputat,& ibi quoque Corn. qui hanc partem dicit eſſe magis ſubſtantialem,aliam tamen benigniorem, & ideo in practica eſſe ſequendam, Oldr. conſi.248. præſuppoſita conſuetudine, in 6. dubio, Iac. Bel.id §. ſancimus, in authen. de hæred.& Falcid. Ioan. Cal.& Io.Ligna.qui & hanc partem conſuluerunt,ſicuti referunt Salyc.& Ro.in d.authen.ſimiliter, Imol.in d.l. Marcellus,

*Eaq; de iure uerior.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Marcellus,§. quod autem, D. ad Trebel. Vbi etiam dicit in hanc partem conſuluiſſe Fran. de Rampo. Paul. Caſtr. ſibi contrarius, conſi. 29. circa primum quæſitum dicendum eſt teſtamentum, col. i. lib. i. & conſil. 37. viſo pũcto, & dubiis ſuprafcriptis, verſi. circa quartum, lib. 2. & ſubdubius in l. cohæredi, §. cum filiæ, D. de vulga. & pupil. & nouiſſime Iaſon in dicta l. Marcellus, D. ad Trebel.

*Alter hæc in re Gordij nodus.*

Hic eſt alter Gordii nodus, cui ſoluendo non [illegible] eſſet vnius Alexãdri gladius, adeo enim latentes ſunt inexplicabileſq; in eo receſſus, vt in vtramuis partem te vertas, quid tibi diffiniendũ ſit neſcias. Sunt text. in vtranq; partẽ. ſunt & rationes prope infinitæ, quæ te facile poſſunt huc vel illuc impellere, vt non temere Paul. Caſtr. ſuper hac re cõſultus veritus ſuum iudiciũ interponere conſuluerit partibus cõtrouerſiã potius cõcordia quàm iudicio finirent, iuxta c. i. de mutuis peti. ita fecit cõſi. 53. viſo dicto teſtamento, in fi. libr. i. Sed & hoc ſubdubius loquitur conſi. 88. dubitatio vertitur, col. vlti. eo. lib. i. & cõſil. 338. de iure cõmuni, in fi. eo. lib. i. & Corne. conſi. 322. ardua plurimum, in fi. lib. 3. & etiam conſi. 307. in hac cõſultatione, ad fi. lib. 4. Verum, vt diximus, prima ſentẽtia communior eſt, &, vt fatentur aduerſarii, conſultatione obſeruatur. Ideoq; & illam ſequendam eſſe arbitramur. Nam ſi de interpretatione legis quæratur, inſpiciendum eſt quo iure ciuitatis retro in huiuſmodi caſibus vſa eſt, optima enim eſt legum interpres conſuetudo, obtinetq; vim legis in ambiguitatib. quæ ex legibus proficiſcũtur, l. ſi de interpretatione, & l. nam Imperator, D. de legib.

*Autoris ſententia.*

*Optima legum interpres cõſuetudo.*

## Viceſimumoctauum priuilegium.

*canonica portio non habet locum in relictis generaliter pauperibus, uel ſine loci determinatione.*

*Quarta debita eccleſiæ parochiali.*

*Quarta epiſcopalis.*

VICESIMOOCTAVO, de relictis pauperibus non detrahitur quarta, quæ debetur eccleſiæ parochiali, vel epiſcopo, vt eſt gloſſ. ſingu. quam omnes ſequuntur in c.



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

2. de ſepul. quæ licet loquatur de canonica parochiali tātum, idem tamen debet intelligi de epiſcopali, quia parificatur in iure, & priuilegio, per c. vlti. de teſta. & illā facit ſingul. Franciſ. Are. in l. i. col. vlti. in 16. priuilegio piarum cauſarum, C. de ſacroſanct. eccle. Sed & alia ſimilis in dicto c. ſi pater, in verbo, Trebellianicæ, de teſtamen. lib. 6. & eſt bonus textus in l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſcop. & cleric. vbi dicitur, quòd de relictis pauperibus nihil detrahit epiſcopus. vbi & Bald. ſuper hoc multa dicit, quæ ibi ſunt obuia omnib. Sed hoc licet, vt iam diximus, Franc. Aret. reponat inter priuilegia pię cauſę, non tamen competit cæteris cauſis piis, vt plene not. in c. officii, & in cap. requiſiſti, vbi eſt text. de teſtamen. & per Bart. conſi. 463. de omni relicto, lib. 2. Quin nec hoc ſemper competit, nec omnibus relictis factis pauperib. ſed demum tantum, quando relinquitur pauperibus generaliter, & ſine determinatione loci, ſecus ſi relinquatur pauperibus certi loci, quia tūc debetur canonica portio, vt voluit Ioan. Andr. & poſt eum Panormit. in dicto c. officii, & idem Ioan. And. Anto. Panor. & alii in dicto c. 2. de ſepul. ipſe Ioan. And. in c. dudum, col. 2. in verbo, pauperum, de conuer. coniug. & Bal. in l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſc. & cleric. & conſi. 5. quidā ciues, lib. i. & conſi. 500. eodemq; vlti. illa verba, in fi. lib. 2. & conſ. 259. ſuper primo puncto, lib. 4. & Angel. conſi. 117. in canonica portione. in primo dubio, & iterū in vlti. & Card. Flo. conſi. 121. ad primum reſpondeo, & Bene. Cap. conſ. 25. cum de pluribus quæratur, col. vlti. & conſi. 160. cum vt præſupponitur, in primo & ſecundo dubio, Socin. in l. quidam relegatus, col. 5. D. de rebus dubiis. Tu tamen vide omnino Baldum in authen. ſimiliter, & in dicta l. ſi quis ad declinandam, & conſi. 131. quando teſtator, libr. 5. & latiſſime Roma. conſi. 477. in caſu propoſitæ conſultationis, colum. 3. & Cardi. Florent. conſil. 13. in ciuitate Vrbinatenſi.

*Relictum pauperibus generaliter.*

Viceſi-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Viceſimumnonum priuilegium.

*Per ingreſſum monaſterij cenſetur quis habilis ad ſuccedendum.*

VICESIMONONO, licet filius illegitimus nõ poſſit hæres à patre inſtitui, l. vlti. D. de his quibus vt indig. nec ẽt ſubſtitui, l. 15 qui, D. de vulga. & pupil. poteſt tamen inſtitui qui pium locum, id eſt, monaſterium, ingreſſus eſt, vt ſingulariter voluit Guliel. Cu. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. mouetur primo, quia ingreſſus monaſterium omnẽ maculam, & ita etiam illegitimitatem, vt vocant, abſterſit, per textum in authenti. de monac. in prin. Item quia oblatus ceriæ principis tẽporalis cẽſetur legitimari quo ad ſucceſſionẽ offerentis, l. cõmuniũ, C. de nat. li. cõ ſi. ergo fortius ſi ſit oblatus curiæ principis cœleſtis. Denique quia cum apud talẽ illegitimũ non ſit remãſura hæreditas, ſed confeſtim trãſitura in monaſterium, per authent. ingreſſi, C. de ſacroſanct. eccleſ. ſatis cenſeri is debet capax, cũ nõ capiat vt ipſe ſibi cõmodum priuatim afferat, ſed aliis, quo quidẽ caſu is, qui alias eſt incapax, inſtitui põt, per textũ in l. cogi, §. is, qui ſolidũ. D. ad Trebellia. Et hoc dictũ Guliel. pro ſingul. ſequitur Ro. in d. authẽ. ſimiliter, in ſexto ſpeciali vltimarũ voluntatũ, & Soci. in d. regula 310. in 39. priuilegio. Qui tamen limitãt vt procedat quo ad ſucceſſionẽ, de qua re etiã loquitur Gulie. Cu. non autẽ ad hoc vt poſſit illegitimus, ingreſſus monaſteriũ, obtinere beneficia ſine diſpẽſione per c. 1. de filiis presbyter. ſequitur item & dicit ſingul. Alex conſil. 121. viſo themate, col. vlti. lib. 1. quod repetitũ eſt conſil. 35. ſuper cõtentis, lib. 3. Sed idem voluit Firmia. loquens in omni capace ingrediẽte monaſteriũ, in tractatu de epiſcopo, in 31. q. 4. partis, lib. 4. verſi. & ſciendum quòd legatum, vbi ad hoc allegat Bar. in l. intercedit. D. de condi. & demonſtra. vbi tamen hoc nõ dicit, ſed illud tantum, quòd per ingreſſum monaſterii non efficitur quis in capax legati, per l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cleric.

*Illegitimus filius. Idem ingrediẽs monaſterium. Illegitimitas abſterſa per ingreſſum monaſterij. Oblatus curiæ principis. Incapax inſtitui poteſt. Illegitimus, ingreſſus monaſterium, non obtinet beneficia ſine diſpenſatione. Non fit tamen incapax legati.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Triceſimum priuilegium.

*Filius ingrediens monaſterium abſtergit omnem maculam contractam ante ingreſſum.*

*Ingratitudo cõmiſſa ante ingreſſum monaſterij.*

TRICESIMO, filius effectus monachus,& ita pium locum ingreſſus, non poteſt à patrẽ exhæredari propter ingratitudinem commiſſam ante ingreſſum, per textũ expreſſum in c.nõ liceat,& ibi glo. 19. quæſt. vlti. quem ad hoc etiam ponderat Roma. qui illum dicit ſingu. vbi ſupra in 8. ſpeciali,& Socinus etiam vbi ſupra,in 3. priuilegio, licet tamen de ea re dubitet, & quidem ſine cauſa, glo. Guliel. Cyn. & Bal.in d.l. Deo nobis, C.de epiſcop. & cleric. ex quibus glo. inclinat in id quod diximus, alii diſtinguunt non animaduertentes ad illum textum.

## Triceſimumprimum Priuilegium.

*In legatis ad pias cauſas poteſt executor teſtamentarius officium ſuum alteri delegare.*

*Executor teſtamenti nõ poteſt ſibi ſubrogare alium.*

TRICESIMOPRIMO, licet executor teſtamentarius non poſſit alteri ſuum officium committere, vt probatur in l.nulli,circa princip.ibi,pro ſua conſcientia, & ibi not.Bald.C.de epiſcop. & cleric.& not. Archidia. Ioan. Andr.in Nouella,& Domi. in c.vlti.§. vlt.de teſtament. lib.6.& idem Ioan And. in additio. Specul titu.de inſtrumen.edit.§.nunc vero aliqua,in additio.quę incipit,quãdo acceptauit,& latius Roma.in penulti.charta eiuſdem §.in additio.incipiente,hoc dictum, & Iacob.Bel.in §.ſi quis edificationem,in authen.de eccleſ.titul.Cyn in l.id quod pauperibus,in 13.quæſtio. C.de epiſc.& cleri.Bal. in l.cũ magiſtratus, C.quando prouoc.non eſt neceſſ. & in l.vnica,§.ne autem, C.de caducis tollend. & in l.nulli,C.de epiſcop.& cleric.& in c.i.§.vlti.circa fin.titu. de not.feud. Ang in l.cum debitorem, D. rem ratam habe.

*Ne quidẽ ex iuſſu et voluntate teſtatoris.*

Atque adeo procedit,quòd etiam nõ poſſit teſtator dare executori poteſtatem ſubrogandi aliũ,vt notat Ioan. Andr.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Andr. in c. i. de procuratoribus, libro ſexto, in Nouella, quem ſequitur Bal. in l. i. in lectu. col. penult. ſubſequenter vero quæro, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi & hoc dicit tenuiſſe diſputãdo Lamber. de Ramp. & idem Bal. in l. quidam, D. de rebus dub. & in l. captatorias, col. 2. C. de teſtament. milit. & Benedic. Capra conſ. 54. punctus, poteſt tamen huiuſmodi facultatem teſtator concedere in legatis ad pias cauſas, vt not. voluit Bal. in c. in cauſis, de electio. hac ratione innixius, quòd piarum cauſarũ fauor iuris ſubtilitates reſcindit, per not. in c. cum tibi. de teſtã. & hoc idẽ tenet Ro. & poſt eũ Corn. qui & alia ad hoc adducit in l. captatorias, C. de teſtam. milit. Sed tamẽ ꝙ id poſsit generaliter teſtator facere, tenet Paul. Caſtr. quẽ vide in l. nulli, col. 2. verſi vlterius. C. de epiſco. & cleric. *Secus ĩ pijs cauſis.* *Fauor piarum cauſarum.*

## Trigeſimumſecundum priuilegium.

*Suitatis exiſtentia æque confirmat legata pijs cauſis in teſtamento relicta, atque ipſum teſtamentum.*

TRICESIMOSECVNDO, licet per exiſtentiam ſuitatis confirmetur teſtamentum patris, quantum ad ea, quæ concernunt vtilitatem ſui hæredis, non etiam quantum ad legata alijs in eo teſtamento relicta, per tex. in l. ſi filius qui patri, D. de vulga. & pupilla. & l. i. §. vlti. D. vt in poſſeſſ. lega. Fallit quantum ad legata relicta piis cauſis, per textum loquentem in libertate. in l. cum quaſi. §. ſed ſi quis. ff. de fideicommiſſ. libert. & l. ſciendum, D. de manumiſſ. teſtamen. quem & cæteras pias cauſas trahit Angel. & poſt eum Imol. Raph. Paul. Caſt. Alexan. Franc. Aret. in dicta l. ſi filius qui patri, in princip. & Bald. in authentic. hoc amplius, colum. 2. C. de fideicommiſ. & Ro. in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, D. ad Trebel. & Alexand. in additio. Barto. in repetitio. l. 2. in 5. q. 5. q. principalis, C. de ſacroſan. eccleſ. et conſi. 4. videretur inſpectis his, colum. 7. verſic. et maxime ad pias cauſas, libr. 2. et iterum conſi. 210. ſtatutis accurate proſpectis, colu. 3. *Exiſtentia ſuitatis.* *Extenſio libertatis ad pias cauſas.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in princip. & iterum col. penulti. lib. 2. & Iaſon in l. eam quam, colu. 11. verſi. ſecundo limita, C. de fideicommiſſ. & in dicta l. i. in prima lectura. verſicu. primo, niſi filius, C. de ſacroſanct. eccleſ.

## Triceſimumtertium Priuilegium.

*Ad pias cauſas relicta, etiam non adita hæreditate peti poſſunt.*

*Legata repudiata hæreditate, non petuntur.*
*Aliud in pijs cauſis.*
*Diſtinctio hac de re.*

TRICESIMOTERTIO, licet alias legatum peti nõ poſſit hæreditate non adita, l. eam quam, C. de fideicom. l. ſi quis omiſſa. D. ſi quis omiſſa cauſa teſta. cum ſi. Fallit tamen in relictis ad pias cauſas. In qua re, quoniam ſunt qui id ſimpliciter tenent, alii qui diſtinguunt inter legatum ſingulare, & inter fideicommiſſum vniuerſale, alii an hæres inſtitutus obierit ante teſtatorem, eo ſciente, an vero ignorante, alii, qui aliter. Et res eſt lõgior, quàm vt breui poſſit expediri. Ideo vide Specul. titu. de inſtrumen. edi. §. nunc vero aliqua, verſic. ſed pone quòd eo teſtamento, & ibi Ioan. Andr. in additio. incip. hic obliuiſcitur author quæſtionis, alias incipit, omittit author quæſtionem, & in c. Ioannes, de teſtamentis, Barto. in l. i. in 4. q. 5. q. principalis, & ibi Bald. in lectu. col. vlti. verſicu. iuxta hoc quæro & iterum in repetitio. colum. 18. verſi. ſuper nona quæſtione, Salyce. Fulgo. Franc. Arer. Et Iaſon in vtraque lectura, C. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. in l. i. C. de bonis vacan. lib. 10. Bar. Bal. Ange. Salyce. in 13. quæſtio. Fulgo. Floria. Paul. Caſtren. col. 3. Corne. in 21. fallen. & Iaſon in l. eam quam, poſt gl. ibi, C. de fideicommiſſ. Barto. in tracta. minorica. diſt. 4. c 2. Bald. in authen. hoc amplius, colum. 3. eodem titu. & in l. vlti. colum. 5. C. de codicil. Bald. Floria. & recentiores in l. i. D. de legat. i. Bald. in l. nulli, & in l. is qui pauperibus, colum. 3. verſicu vltimo circa tempus, C. de epiſcop. & cleric. in authent. ſi qua mulier, in vltima colum. & in l. vlti. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. vlti. in princ. C. de teſtament. manumiſ. & in l. cum hi, in prima & tertia lectu. D. de tranſact.

&

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

& in l. ſi fraudem, colu. ulti. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. & in l. qui filio, §. ſeruus, & ibi Ang. Imol. Raphael Cuma. C. de hæredib. inſtituend. Bal. in utraque lectura, & Ang. in l. hæreditas, §. ſi defuncto, D. de petitio. hæredita. Bal. conſi. 457. uiſo teſtamento Ioannis, lib. ii. & conſil. clxvii. thema proponitur, col. ulti. lib. ii. & conſ. clxvi. allegationes hinc inde factæ, in ſecundo dubio. libr. 4. & conſi. 287. dicta mulier, ante fin. eod. lib. iiii. & conſi. 456. punctus inter alia, eod. lib. iiii. & conſil. xx. ſuper primo puncto, colum. i. lib. v. & conſil. xxxix. uiſo teſtamento, col. ii. eod. lib. v. & conſi. cxviii. caſus ſub tali forma, col. ulti. eod. libr. v. & conſil. cclxiiii. ad euidentiam, colu. ii. & conſi. cccxx. præmittendum eſt eod. lib. v. Aluiſius Peru. inter conſilia ipſius Bal. cõſi. ccxlviii. an cæcus, col. 2. uerſicu. ſed ſecus in legatis, eo. lib. v. & conſi. cccxx. præmittendum eſt, col. ii. eod. lib. v. Ang. & Imol. in l. ſi filius, in princ. D. de vulg. & pupilla. Ang. in l. i. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. & in l. i. C. de bo. uacã. lib. x. & conſi. 384. primo uidere oportet, in fi. Saly. in authen. caſſa. in ix. q. C. de ſacroſanct. eccleſ. Petrus Ancha. in c. cũ eſſes, de teſtamen. & conſil. viii. difficultas quæſtionis, ad fin. & iterum conſil. xiiii. exhibitis mihi poſtea, & cõſ. cliiii. præfatis nominibus, colu. i. Bened. Plum. in l. Antoninus, D. de fidei commiſſ. liber. Lapus alleg. lxix. Imo. in l. i. D. de lega. i. Fulgoſius conſi. lxxv. ex facto proponitur, col. iii. nec his obſtat, & conſi. clxvii. thema proponitur, colu. ulti. Floria. in l. cum quidã. §. ſi dies, D. de uſur. & in l. qui & col. ii. uerſicu. & ex his poteſt D. famil. erciſc. & in ſua diſputa. incip. Gofredus. Imol. Alex. & Franciſ. Areti. in l. ſi filius qui patri, D. de vulga. & pupilla. Panormit. in c. relatum, libr. ii. colum. penult. de teſtamen. & conſil. 32. circa duo dubia, colu. ii. lib. ii. Roma. late in repetitio. dictæ authen. ſimiliter, in xx. ſpeciali, & conſil. lv. cũ quæreretur, & cõſ. ccccxxviii. in terminis propoſitæ cõſultationis, in i. dubio, & conſ. 493. in caſu cõſultationis, Io. Ana. conſi. 28. viſis & põderatis, col. pe. Alex. cõſi. 4. videretur, col. 7. lib. 2. & cõſ. 210. ſtatuto accurate perſpectis, col. pe. eo. lib. 2.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lib.ii.& conſ.4.attentis narratis,col.3.li.vii.Frã.Are.cõſ. lxiiii.diligenter,col.pe.Barb.latiſſimè in rubri.de teſta. col.58.uerſi.nũc ad ultimã quæſtionẽ,& cõſ.8. ſcribitur præclare,col.8.& ſequen lib.i.Matheſil.no.clxiii.no.ſin gulare quod ad hoc.Soci.conſi.cxxxi.inci.nõ poteſt ne gari,col.antepe.ſecundo reſpondetur, & duobus uerſi. ſeq. Firmia.in tracta.de epiſcopo,in xxxi.q. quartæ par tis,lib.4.& Philip.Dec.in l.ſi nemo, D.de regul.iur.Ste pha.Bertrand.conſi.xciiii.relicta, nume.iiii.lib.ii.

## Trigeſimumquartum Priuilegium.

*Actio perſonalis et hypothecaria pro legatis ad pias cauſas etiam non adita hæreditate competunt.*

*Proſequitur materiã præcedẽtis priuilegij.*

*Actiones cõpetẽtes legatarijs.*

TRIGESIMOQVARTO, retẽta ea opi. quæ uult deberi legata ad pias cauſas etiam non adita hæreditate, licet tunc inſpectis regulis iuris communis, non deberet, nec poſſet competeret pro huiuſmodi legatis actio perſonalis,neque actio hypothecaria quæ alias competunt legatariis ex teſtamento,per l.cum filius.§.uariis. D.de leg.ii.& l.creditoribus,C.an ſeruus poſt manumiſſ.& l. i.C.cõmunia de leg.& §.noſtra, Inſtit.de lega. Ratio eſt quãtum ad actionem perſonalem:quia ea non oritur ex quaſi cõtractu,qui oritur ex aditione hæreditatis,l.apud Iulianũ,§.ulti. D.ex.quib.cau.in poſſ ea.l.ex maleficiis, §.hæres:D.de act.& oblig.& §.hæres,Inſti.de obli.quæ ex quaſi cõtrac.Quantũ autẽ ad hypotecariã:quia ea eſt acceſſoria actionis perſonalis atq; obligationis,l.contrahitur.& l.res, ff. de pigno.Cũ ergo nulla hic debeat cõpetere actio perſonalis,neq; ex defectu aditionis,non poteſt etiã eſſe hypothecaria,per l.ſi legati,ff.de pigno. & per regulã,acceſſoriũ,de reg.iur.lib.vi.Quibus rationibus.Spec.ti.de teſtam.§.in primis,uer.pone nullus,& iterũ in ti.de actio.ſeu petit.§.ſequitur,uerſ.ſed quãdo, & ibi etiã Bal.dicunt nunquã cõpetere actionẽ perſonalẽ, aut hypothecariã pro legatis, niſi adita hæreditate, quod & uoluit.Bal.ipſe.in l.i.col.ul.uerſ.item dicõ,C.ſi quis omiſ.cau.teſ.ubi & hãc adducit rationẽ, quia hypotheca-

*Actio perſonalis non oritur ex quaſi cõtractu.*

*Actio hypothecaria acceſſoria obligationis perſonalis.*

*Actio perſonalis et hypotecaria pro legatis adita demũ hæreditate competunt.*

*Eius ratio.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

thecariam oritur ex quodã conſenſu tacito uel expreſſo, per gl. in l. ſi tibi, §. de pignore, D. de pact. At hic non adita hæreditate nullus eſt hæredis cõſenſus, nec expreſſus, nec tacitus: tamẽ in hoc caſu utraque cõpetit, etiam non adita hæreditate, ut uoluit Roma. in repetitio. dictæ authẽ. ſimiliter, in nono ſpeciali, circa ultimas uolũtates, per textũ, quẽ dicit expreſſum in dicta l. i. C. communia de leg. in illis uerbis, & præcipue cũ talia ſunt legata, uel fideicõmiſſa quæ piis actibus ſunt deputata, ubi legislator concedens lagatariis perſonalẽ actionẽ, & hypothecariã, hoc præcipue in legatariis ad pias cauſas cõceſſit, ad quod etiã facit l. ulti. C. de ſaccroſanct. eccl. Et tamen ſciebat ipſe legislator, quòd hæc legata competunt etiã hæreditate non adita. Et ſi dicat quiſpiam illum textum intelligendum fore eo caſu, quo fuerit adita hæreditas, certa fruſtra expreſſiſſet Imperator idẽ eſſe, & id quidẽ maxime in relictis ad pias cauſas: quoniã & ſi non expreſſiſſet, hoc tamẽ ſatis dictũ fuiſſet ex generalitate illius l. At in dubio debemus ea uerba intelligere, ut nõ ſint ſuperflua, ſed aliquid ſpeciale & certũ indicẽt, l. i. ad fin. D. ad munici. l. ſi quãdo, D. de legatis i. c. in his, de priuileg. cum ſimilib. Nõ tamẽ uerũ eſt quod dicit Specul. nõ eſſe hypothecariã, ubi nõ eſt perſonalis actio, per tex. in l. cũ notiſſimi, C. de præſcriptio. triginta ann. ubi hypothecaria cõpetit, quãdo perſonalis actio eſt ſublata creditorũ negligẽtia, ut & plene not. i l. intelligere, C. de luitio. pig.

*Vtraque ſimul in hac ſpetie cõpetit.*

*In dubio uerba intelliguntur, ut non ſint ſuperflua.*

*Hypothecaria cõpetit etiã ſublata actione perſonalis.*

Contrariũ tamen expreſſe in ſpecie, uidelicet in legatis ad pias cauſas tenuit Bald. in l. i. colu. ulti. uerſicu. ſub ſequẽter uero quæro, C. de ſacroſ. eccleſ. in lect. & Imo. in l. qui filio, §. i. D. de hæred. inſtituend. & Alex. qui nominatim reprehendit. Roma. ubi ſupra in l. i. colu. x. uerſicu. item not. D. de legat. i. ubi dicit quòd Roma. dũ allegat pro ſe dictam l. i. C. cõmunia de leg. ſomniat quia ibi Imperator appoſuit dictionẽ, præcipue, ut oſtenderet ſolum maiorem eſſe rationẽ in legatis piis. Quin etſi bene conſideretur tex. circa finẽ ilius l. fortiter inquit, ſtringit contra Roma. dum dicit quòd hypothecaria habet locũ qua-

*Cõtrariũ ſentientes.*

*Dictio, præcipuè.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quatenus perſonalis obligatio,ſiue actio cõpetit:ſed nõ adita hęreditate,nõ habet locũ perſonalis obligatio,ſiue actio,quæ quidẽ oritur ex ipſa aditione,per dictã l.apud Iulianũ,§.ul.C.ex quibus cauſis in poſſeſſ.ea. & not.gl. in l.i.§.cũ igitur,in uerbo,cedere,C. de caducis tollend. quã pro ſingul.allegat Bal.in l.ul.in prin.C.de teſta.mã.

*Non adita hære ditate nõ habet locũ perſonalis actio.*

## Triceſimumquintum priuilegium.

*Ex duobus teſtamentis id præſumitur poſterius,in quo legatum eſt ad pias cauſas.*

*Duo teſtamẽta ſeſe inuicẽ confundunt.*

*Fauor legatorũ ad pias cauſas.*

TRICESIMOQVINTO, licet cum apparent duo teſtamẽta,& ignoratur utrum illorum ſit prius, poſteriusve, illa ſeſe inuicem confundunt, & ſunt nulla,per l.ulti.& ibi gloſſ.& doct. C.de edicto diui Adriani tol. & l.i.§.nõ autem,ubi etiam gloſſ.& Bartol.D.de bonorum poſſ.ſecundũ tabu.gloſſ.in c.de duobus,de reſcript.lib.vi.Hoc tamen fallit,ubi in altero teſtamentorum,ſunt legata ad pias cauſas.id enim præſumetur eſſe poſterius, fauore legatorum ad pias cauſas,ut pulchrè uoluit Roma.ubi ſupra in xii.ſpeciali.Argu.l.i.C.de iure fiſc.& ſequitur Soci.in dicta regu.310.in 33.priuilegio,& Barbat.in c.relatum,col.xviii.de teſtamen. Iaſon in dicta l.ulti.col.pen. & ibi Philippus Decius colum.ult. C. de edicto diui Adria.tol.ubi hoc dicit ſing.& idem Iaſon in l.i. colum.i. uerſil.quarto amplia, D.ſoluto matrimo. & utrobique dicit ita ſe conſuluiſſe de facto Brixiæ,pro hoſpitali magno,& ita fuiſſe iudicatũ. Ad idem dicit facere regulam l.ſunt perſonæ,D.de religio.& ſumptibus fune. & text. in c.ulti.de re iudi.& c.his, de priuileg.& idem quoque uoluit Barba.in c.relatum, colum .xviii.de teſtamen. Et hoc adeo uerũ eſt,ut licet in hoc dubio, is qui eſt in poſſeſſione præferatur alteri quando nõ conſtat utrũ teſtamentum ſit prius,an poſterius:hæc idẽ Barto.in dicto §. non autem,cum ſimilib.tamen fallit cum in uno eſt inſtituta eccleſia:nam præferetur alii etiã exiſtenti in poſſeſſione,ut ſingul.ſcribit Philipppus Decius in dicta l.ul.colum.ult.

*In dubio potior eſt poſſeſſor.*

*Eccleſia præfertur poſſidenti.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lum ult. C. de edicto diui Andr. tol. Nam poſſeſsio (inquit) facit reum potiorem, §. commodum, Inſtit. de interdict. fauor autem piæ cauſæ præfertur fauori rei, per cap. ult. de re iud. & in l. inter pares, D. de re iudic.

## Triceſimumſextum Priuilegium.

*Relicta nominatim ab uno hærede ad pias cauſas, cenſentur tacitè repetita ab eius ſubſtituto.*

TRICESIMOSEXTO, licet aliàs relicta nominatim ab uno, non debeantur alio ſubſtituto, l. i. §. id quod ex ſubſtitutione, & l. in ratione, §. quod uulgò, D. ad legem Falcid. l. licet Imperator, & ibi Bart. Ang. & Alex. D. de legatis primo, & l. cum pater. §. ab inſtituto, & l. pater meus, §. quod alicuius, D. de legat. 2. & l. unica, §. his itaque, C. de caducis tollen. & in l. ſi plures, in fin. D. de legat. 3. & uoluit etiam Imol. in l. duobus, §. i. D. de lega. i. Quanquam contrarium uoluerunt Chriſt. Caſtel. Rapha. & Paul. Caſt. in d. l. licet Imperator. Tamen relicta ad pias cauſas nominatim ab uno hærede, haud dubie cēſentur tacite repetita ab illius ſubſtituto. & ab eo debentur, per text. ſing. hoc ipſum diſponentem in legato alimentorum ſecundum lecturam Bart. poſt gloſ. in l. iiii. §. Lucius. D. de alim. & ciba. leg. quam lect. etiam ſequitur ipſe Bart in l. Mela, in princ. D. eod. tit. & Roma. conſil. incip. in caſu propoſiti thematis breuiter dicendum, col. ii. uerſic. his tamen non refragantibus, ubi & illum text. dicit ſing. Et ita illum ad quæcunque relicta ad pias cauſas extendit idem Roma. in authent. ſimiliter, in xv. ſpeciali, ubi & illum facit ſing. & iterum in 20. ſpeciali, in fi. ubi dicit notab. & Soci. ubi ſuprà in dicto 35. priuilegio, ubi tamen paſsim corrupte legitur, & Alex. in d. l. licet Imperator, col. penult. & in l. ſi duobus, §. i. circa fi. & ibi quoq; Iaſ. in fi. D. de lega. i. & idem Iaſ. in l. ſi fundum, §. Stichum, col. i. D. eo. tit. & Philip. Dec. conſi. 182. in eo caſu occurrenti, col. 3. & cōſi. 273. in caſu propoſito, col. i.

*Nominatim relicta ab herede non debentur à ſubſtituto.*

*Nominatim relicta ab uno hærede in piis cauſis.*

Trice-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Triceſimumſeptimum Priuilegium.

*Relictum ab eo, cui teſtator nihil reliquit, ad pias cauſas ualet, ſed ab hærede petetur.*

*Legatum ab eo cui nihil teſtamento relictum eſt.*

TRIGESIMOSEPTIMO, licet relictũ ab eo, cui teſtator nihil reliquit, nõ ualet, l. plane, la i. D. de legat. i. & l. ſi fuerit. in ſi. D. de leg. iii. & l. ab eo, C. de fideicommiſſ. & l. ult. in ſi. C. cõmunia de legatis. etenim huiuſmodi legatũ perinde habetur, atque ſi non eſſet ſcriptũ, l. i. §. i. C. de caduc. tol. Fallit tamẽ in relicto ad pias cauſas, quod etſi fuerit ab eo relictũ, cui nihil teſtator reliquit, tamen ualet, & debetur ab hærede, per textũ loquentem in relicto alimentorum, quem Bart. in i. oppo. trahit ad omne relictum, quod reſpicit piam cauſam, in l. alio hærede, D. de aliment. & ciba. leg. & bene facit text. in l. libertis, §. ulti. D. eod. titu. & in l. i. C. de fideicommiſſ.

*Hæres tenetur ſoluere legatum ab eo nõ relictũ.*

*Extenſio alimẽtorum ad pias cauſas.*

## Triceſimumoctauum priuilegium.

*Legata ad pias cauſas, quamuis caduca ſint, non tamen deficiunt.*

*Legatum caducũ remanet apud hæredẽ ſine onere.*

TRIGESIMOOCTAVO, licet ubi relictum habetur pro nõ ſcrpto & caduco. remaneat apud hæredes ſine onere l. quidam referunt, D. de iure codicil. & l. unica, §. & cũ triplici, & §. in primo itaque. C. de caduc. tollend. Fallit tamẽ in relictis ad pias cauſas, ut uoluit Bar. & poſt eum Flori i. de S. Pet. in l. pater Seuerinam, D. de cond. & dem. per l. legatũ, D. de uſuf. leg. & not. in c. nos quidẽ, de teſt. & idẽ uoluit Bal. in l. ſi quis ad declinandã, col. 4. uerſic. ſed iuxta hoc quæro, quid ſi teſtator, C. de epiſcop. & cleric. ubi & hoc dicit uoluiſſe Iacob. But. in ſuo tractatu executorum, per l. cũ uerò, §. ſi pro nõ ſcripto, D. de fideicom. liber. Et hoc quoque uoluit Per. Anch in clem. ii. de religioſis domib. & Paulus Caſt. in dicta l. i. §. i. col. i. C. de cadu. tol. per tex. loquentẽ in libertate, in l. cũ uero, §. ſi pro nõ, ſcripto, D. de. fideic. libert.

TRI-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Triceſimumnonum Priuilegium .

*Relicto fideicommiſſo ad pias cauſas ipſo iure actiones in fideicommiſſarium transferuntur .*

*Hæreditate reſtituta in fideicõmiſſariũ trãſferuntur actiones.*

TRICESIMONONO, licet regulariter in fideicommiſſarium uniuerſalem non tranſeant iura hæreditaria ipſo iure, ſed tum demum facta reſtitutione, aut reali, aut certe uerbali, l. i. in prin. & l. reſtituta, & l. facta fideicommiſſi reſtitutione, D. ad Treb & §. reſtituta, Inſtit. eodem titu. cum ſimil. Fallit tamen in fideicommiſſo relicto piæ cauſæ, ut uoluit Bart. in repetitio. l. i. in 6. q. 5. quæſt. principalis, & ibi etiam Bald. colum. 14. verſicu. ſuper ſecundo quæſito, C. de ſacroſ. eccle. in l. pen. eodem titu. & in ſua diſputatione, inci. filium adulterum, Bal. in l. id quod pauperibus, in 17. q. C. de epiſc. & cle. & in l. i. in prin. & iterum in §. cùm autem, col. vlt. ad Treb. & in l. vlt. in 2. q. C. de edicto diui Adriani tollen. & in additi. Spec. tit. de teſtam. verſi. vlt. & conſi. 58. incipien. uiſo teſtamento Bonauenturæ, Petr. Anch. & Imol. in c. cùm tibi, de teſtam. Imo. in l. Centurio, col. 20. D. de vulg. & pupil. Paulus Caſt. & Iaſon qui hanc dicit eſſe communem opinionẽ in l. vlt. C. de ſacroſ. eccl. Paul. Caſt. conſi. 152. viſo puncto & dubio, in tertio dubio, lib. 2. Alex. in l. 1. §. ſed & quoties, D. ad Treb. & conſi 62. incipien. propoſita fuit, lib. 2. & conſi. 4. attentis narratis, colum. 3. libro 7. Matheſil. qui hoc reputat ſingul. not. 41. quod ſi hæres, Corneus in l. eam quam, in ſi. 21. fallen. C. de fideicom- & conſi. 307. videtur prima facie , colum. 6. verſicu. & ſi hoc teneretur, & colum. ſequen. lib 3. & Firmia. in tractatu de epiſcopo, in xxxi. q. 4. partis, libro 4. conſequenter quæro .

*Fideicõmiſſum relictũ piæ cauſæ .*

*Contrariæ opinionis authores.*

Contrarium tenent Bald. ſibi contrarius & Fulgoſ. in dicta l. vlt. ille colum. 4. & ſequen. verſicu. ſecundo Barto. diſputando , & Fulgo. colum. penult. & ulti. C. de ſacroſ. eccl. ubi tamen Fulgoſ. dicit aliter ſe conſuluiſſe & Bal.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Bal. in l. eam quam, in prima lectura, C. de fideicom. Roma. in d. l. j. §. ſed & quoties, D. ad Trebel. & late in repetitio. dictæ authen. ſimiliter, in 21. ſpeciali inter vltimas uoluntates, ubi tamen circa hoc diſtinguit, an teſtator alicui onus iniunxerit reſtituendi huiuſmodi fideicommiſſum, nec ne.

*Ratio ac fundamentu prioris ſententiæ.* *Ratio poſterioris.*

Illorum fundamentum præcipuum eſt, in d. l. vlt. C. de ſacroſ. eccl. quam multis modis ad ſuam partem traducunt, & in §. ſi quis autem etiam pro redemptione, in auth. de eccl. tit. Horum autem fundamentum etiã præcipuum eſt in l. omnibus, D. ad Treb. & in l. ſancimus, C. eodem tit. Quibus omnes conantur, ſuam quiſque partem alacriter defendentes, reſpondere, ſicuti apud eos videre poteris. Neque enim conſilium mihi fuit, huc omnia tranſcribere, niſi cum fortaſſe uidero operæpretium fore. Conſtat autem rem hanc eſſe admodum dubiam, ut videre licet ex Alex. conſi. 82. proſpectis his, col. i. uerſic. hoc præſuppoſito, libro 2. quod conſi. repetitur conſi. 40. lib. 3. & iterum conſi. 51. lib. 6.

## Quadrageſimum Priuilegium.

*Quamuis legatum ad pias cauſas ſit à teſtatore alienatum, idem tamen poſtea ab eodem redemptum, omnimodo debebitur.*

*Re legata, eademque alienata, legatum extinguitur.* *Etiam ſi poſtea redimatur.* *Niſi affinitas perſonæ interueniat.* *Diuerſũ in pijs cauſis.*

QVADRAGESIMO, licet cum res legata ultro alienatur, legatum extinguitur, l. fideicommiſſa, §. ſi rem D. de lega. 3. & l. rem legatam, D. de adimen. lega. & §. ſi rem, Inſtitu. de leg. & id quidem uſque adeo, ut etiam ſi eadem res redimitur, non propterea reuiuiſcit legatum, per l. cum ſeruus, ff. de adimen. lega. Niſi affinitas perſonæ ſuadeat contrariũ, per text. ſing. in l. filiæ, §. Titia. D. de condit. & demonſt. Tamen cum legatũ ſit ad pias cauſas, ſi poſtquam res legata fuit alienata, redimitur, debetur legatũ, per text. ſing. loquentẽ in legato libertatis, in l. uerũ eſt. D. de manu. teſtam. quem ad hoc cõmendant Bal. Ang. Pau. Caſtr. & Iaſ. in l. qui poſt teſtamẽtũ, C. de leg.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

leg.& Ro.qui illũ dicit ſingul.in d.authẽ.ſimiliter,in 13. ſpeciali,& Soci.vbi ſupra in 42.priuilegio, vide Bart.aut Bal in l.placet,D.de lib.& poſthu. Sed eſt & ſimilis text. loquẽs in inſtitutione,in l.quoties.§.ſeruus cũ libertate, D.de hæred.inſtituen. quẽ annotauit, & dicit notab.idẽ Ludo.Roma.in d.authen.ſimiliter, in trigeſimo ſpeciali.

## Quadrageſimumprimum Priuilegium.

*Per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias cauſas, etiam re nondum redempta.*

QVADRAGESIMOPRIMO, fortius dixerim,quòd propter rei alienationem nõ extinguatur legatum relictum piæ cauſæ,etiam ſi non fuerit res redempta, per id quod ſing.conſuluit Bar.conſi.26.teſtator in teſtamẽto, quod ſi teſtator mandat cõſtrui eccleſiam in tali domo, quam poſtea alienat,nec redimit,tamen non extinguitur huiuſmodi legatũ,quin eſt conſtruenda eccleſia in ea domo,ſi fieri poſſit,alias in alio loco. Quod dictũ pro ſingu.approbat Iaſ.in d.l.qui poſt teſtamentum,col.3. C.de leg. & Catel.Cotta,memor.incip.eccleſia,verſi.5.

*Alienato rei legatæ ad pias cauſas.*

*Legatum conſtruendæ eccleſiæ.*

## Quadrageſimumſecundum priuilegium.

*Alienatione rei legatæ à teſtatore facta, adiectio rei, eodem orationis tractu, in pijs cauſis non inducit legati reuocationem.*

QVADRAGESIMOSECVNDO, quod præcedentibus eſt proximum, licet teſtator alienando rem, ex qua voluit legatũ ſolui,videtur legatum reuocaſſe, ſi rem adiecerit eadem oratione cũ legato,per l.ſi ſic legatũ, §.ſi mihi, & l.ſi ſeruus,§.ſi id quod,D de leg.1.& l.Lucius,§.ciuibus, D.de lega.2.fallit tamen in legatis piis, vt voluit gl.in l. vlti.D.de contrahend.empt.& in l.Gaius. D.de annu.lega.& in l.Lucius,D.de adimen.leg. quas ſing.& notãdas & menti tenendas dicit Rom.ſingul.432. quæritur an teſtator,& ſequitur etiam Franci. Ripa lib.3.reſponſ.c.11.

*Præſumptio reuocati legati.*

F prima

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

prima dubitatio, columna tertia.

## Quadrageſimumtertium priuilegium.

*Legatum extruendi templi intelligitur de loco quouis ad hoc idoneo.*

*Generale in legato conſtruendi alicuius pij loci.*

QVADRAGESIMOTERTIO, illud generale eſt in legatis ad pias cauſas, quòd ſi templum, aut altare, aut aliud ſimile non poſſit conſtrui in loco à teſtatore conſtituto, non per hoc redditur inutile legatum, ſed debet fieri in alio loco idoneo, per l. legatum, D. de vſu & vſufruc. lega. quam ad hoc expendit, & dicit notabilem. Flor. in l. cum quidam, §. ſi dies, D. de vſur. Innoc. in c. nos quidē, de teſtam. ſed & idem ex eo textu voluit Bal. conſi. 453. ſi ex teſtamēto, lib. 2. vbi etiam ad hoc allegat l. legata, D. de admi. tuto. & c. nos quidem, de teſta. & cle. quia cōtingit, de relig. domi. & voluit etiam gl. & Imol. in d. c. nos quidem, & Specul. ti. de inſtru. edi. §. nunc aliqua, verſic. quod ſi quis legauit, & verſi. quid ſi teſtator, & Bene. Capra conſi. 121. punctus fuit quidam teſtator. vbi tamē intelligit, niſi teſtator aliter expreſſe diſpoſuiſſet.

## Quadrageſimumquartum priuilegium.

*Quod tantum per fideicommiſſum fieri debet, ſi directo ſit factum, non ualet iure fideicommiſſi, etiam fauore piæ cauſæ.*

*Verba obliqua non habent uim directorum.*

*Fideicommiſſaria ſubſtitutio non continet pupillarē, nec uulgarem.*

QVADRAGESIMOQVARTO, licet verba ſubſtitutionis obliqua, nunquam habeant vim directorum, & (vt loquūtur noſtri) non directentur, & ſic fideicommiſſaria ſubſtitutio non procedat in vim vulgaris, quia fideicommiſſaria non cōtinet aliquam directam, neque pupillarem neque vulgarē, l. fundi Trebatiani. D. de vſu & vſufru. leg. l. cohæredi, § cum filiæ, & ibi doct. D. de vulga & pupil. Fallit tamen fauore piæ cauſæ, vt nota. conſuluit Socinus conſi. 1016. alias, 106. incip. non poteſt negari, col. penul. verſi. primo quod licet propter loquentem in liber-

tate,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tate, in l. Antoninus, & ibi Iaco. Are. D. de fideicom. liberta. quam etiam ponderat recentiores in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſti. Illud tamẽ nõ omiſerim quod ẽ diuerſo, vbi quid nõ poteſt fieri directo, ſed tantum per fideicõmiſſum, certe quod factũ eſt directo non ualet vt fideicõmiſſum etiam fauore piæ cauſæ, per textum in l. ſi ſeruus legatus, § ſi alicuius ſeruus, D. de leg. i. vbi ſi teſtator in teſtamento relinquat libertatẽ ſeruo alieno, nõ poteſt relinquere directo, ſed tãtũ per fideicõmiſſum, quia ſi directo relinquat, non valet etiam iure fideicõmiſſi, & ita quoque tenet gl. in l. ſeruo, C. de teſtamen manu. & illum text. ponderat Alex. in l. i. §. ſi quis ita, & ibi quoq; Iaſ. col. 5. verſ. circa illud, D. de verb. oblig. & in l. Centurio, col. 34. D. de vulga. & pupil. ſubſtitu. & Matheſil. not. cxl. incip. non vnam doctrinam. Certum eſt autem libertatem eſſe piam cauſam, vt poſt latiſſime dicemus.

*Seruo alieno directo non datur libertas.*

## Quadrageſimumquintum priuilegium.

*Legatarius propria authoritate legatum ad pias cauſas uendicare non prohibetur.*

QVADRAGESIMOQVINTO, licet alias legatarius non poſſit propria authoritate legatum accipere, & alias teneatur hæredi reſtituere, per l. vnicam, C. quorum lega. Quinetiam interdum legatum ipſum perdat, vt nota. in l. non eſt dubium, C. de legib. Fallit tamen in legatis ad pias cauſas, vt nuncupatim voluit Corneus conſi. cxl. circa hanc conſultatione, col. vlti. lib. i. & Benedict. Capra conſi. 3. circa hoc plura ſunt videnda, in fi. & conſi. 302. punctus, caſus talis eſt, in quarto dubio.

*Legatarius ſua authoritate rẽ uendicant.*

## Quadrageſimumſextum priuilegium.

*In pijs cauſis legatarius etiam nulla ceſſione nominis facta contra debitorem agit.*

QVADRAGESIMOSEXTO, licet dubium ſit, an legatarius debitor poſſit cõtra debitorem agere ſine ceſſione,

*Actionibus non mandatis ex legato nominis actio competit.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

per not. in l. ex legato nominis, C. de leg. tamē in legato piæ cauſæ minime dubiū eſt, quin poſſit agere, vt cōſuluit Bal. cōſ. clj. caſus, quędā domina, lib. 3. per l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. & vide quin dicam infra in 88. priuilegio.

## Quadrageſimumſeptimum priuilegium.

*Licet per tempus morientis ſignificetur tempus uitæ, libertatis tamen fauore includitur tempus poſt mortem.*

*Tempus morientis includit tempus uitæ.*

QVADRAGESIMOSEPTIMO, licet cum ſit mentio de tempore morientis, vel quo quis moritur, ſignificetur tēpus vitæ, quo quis eſt in actu moriendi, l. vlti. D. de conditio. inſti. & l. qui duos, §. i D. de manu. teſta. Fallit tamen fauore libertatis, nam intelligitur de tempore poſt mortem, vt dicitur in loco proximo. Quem & ad cæteras pias cauſas trahit Soci. in l. ſed & illo, §. ſed & circa, poſt prin. D. de rebus dubiis.

## Quadrageſimumoctauum priuilegium.

*Cautio Mutiana non requiritur in relictis ad pias cauſas, niſi conſtet de contraria teſtatoris uoluntate.*

*Mutianæ cautio habet locum in conditione negatiua.*

QVADRAGESIMOOCTAVO, licet alias relictum ſub cōditione negatiua requirat cautionē Mutianā, pro ipſius conditionis cōplemento, per l. Mutianæ, D. de conditio. & demonſtrat. & extinguitur legatario quandocunque contrauenientе, l. hæres meus, §. qui poſt Mutianam, D. eo. tit. & l. cum filius, §. qui Mutianam, D de leg. 2. Id tamen non obſeruatur in relictis ad pias cauſas, in quibus nec requiritur cautio Mutiana, nec extinguitur legatū, ſi legatarius contraueniat, quoniam ipſa negatiua conditio, adiecta legato piæ cauſæ, ſi non fecerit, ſi nō dederit, & de cæteris id genus, ita intelligitur, ſcilicet cum primū facere, vel dare poterit, non fuerit, vel dederit. vnde nō neceſſe eſt, quòd non contraueniat vſque ad extremum

*Negatiua conditio adiecta legato piæ cauſæ.*

vitæ

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

vitæ exitũ, per textum loquentẽ in libertate, l. libertas, §.1. D.de manumiſſ. teſtament. quẽ in eo ipſo caſu libertatis ponderet gl. in l. Titio fundus, D.de conditio. & demonſtra. Et ad omnem piam cauſam trahit, & facit ſing. Rom. in d. authen. ſimiliter, in 24 ſpeciali. Qui tamen intelligunt hoc procedere, niſi conſtaret de contraria mente teſtatoris, per l. vlti. D. de manumiſſ. teſtament.

*Cõtraria teſtatoris uoluntas.*

## Quadrageſimumnonum priuilegium.

*In legatis pijs ſub modo relictis neceſſaria eſt cautio, ſi modus incontinenti adijciatur, ſecus ſi ex interuallo.*

*Legatũ ſub modo relictum.*

QVADRAGESIMONONO, licet alias ſemper, vt quis cõſequatur legatum ſub modo relictum, ſit neceſſe præſtare cautionem de modo implendo, l. quibus diebus. §. vlti. & l. eas, D. de conditio. & demonſtratio. & l. liberto, §. Lucius, D. de annu. lega. cum ſimil. Quin ſi legatarius modo non pareat, priuatur legato, vt not. in l. 1. C. de his quæ ſub mod. Tamen in legatis pijs id ſemper non obtinet, ſed tum demum, cum modus incontinenti adiectus eſt, per textum in l. libertas, §. 2. D. de manumiſſ. teſtamen. At ſi adiectus fuerit ex interuallo, tunc nec cautio præſtanda eſt, nec annectitur legatum, ſi modo non eſt ſatisfactum, per textum ſingul. loquentem in libertate, in l. Imperatores, ſecundum lecturam glo. D. eodem t t. vbi Ange. Et ita per illum text. idem voluit in omnia pia cauſa Soci. in dicta regula 310. in 57. priuilegio. Sed Roma. in dicta auth. ſimiliter, in 39. ſpeciali dicit illum duntaxat procedere in libertate, nec eandem eſſe rationem in alijs pijs cauſis. Ratio enim illius text. eſt, quoniam adimpletio modi non ſuſpendit legatũ, quin confeſtim peti poſſit, ante complementum modi, præſtando cautionem de eo implendo, per dictam l. quibus diebus, §. vlti. & notat gloſ. in d. l. 1. C. de his quæ ſub mod. Igitur cum ſemel quis eſt libertatem conſecutus, non poteſt ob nõ impletũ modũ, in ſeruitutẽ reduci, libertas. n. ſemel data, reuocari

*Diſtinctio in pijs legatis.*

*Adimpletio modi non ſuſpẽdit legatum.*

*Libertas ſemel data non reuocatur.*

*Abſurdum.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

reuocari non poteſt, etiam per in integrum reſtitutionẽ, l. i. 2. & 3. C. ſi aduerſus libert. Item ſi dicatur libertatem eſſe reuocandam, quàm primum conſtaret eum, cui ea ſub modo relicta eſt, & data, nolle modum adimplere, ſe queretur ꝙ libertas intelligeretur fuiſſe data vſque ad illud tempus, ſed libertas ad tempus dari non poteſt, l. libertas, huius initii ij. D. de manumiſ. teſta. omnia autẽ legata ad pias cãs ad tẽpus dari poſsũt. l. vlt. D. de legatis.

*Libertas ad tẽpus non datur. Secus in aliјs piјs cauſis.*

## Quinquageſimum priuilegium.

*Legatum ad pias cauſas non extinguitur per maximam capitis diminutionem.*

QVINQVAGESIMO, licet, ſi pendente cõditione legato adiecta legatarius ſeruus pœne efficiatur, qua damnatus eſt in metallũ, vel ad fodiendã arenã, & ita mortuus ciuiliter reputetur, adeo extinguatur legatũ, vt non reuiuiſcat, etiã ſi pendente ea conditione legatarius reſtituatur, l. intercidit, D. de conditio. & demonſt. Secus tamen eſt in legatis ad pias cauſas. per text. in l. Ariſto. ff. de manumiſſ. teſtam. quẽ ad hoc allegat & dicit ſingul. Ro. vbi ſupra, in 25. ſpeciali. & Soci. vbi ſupra, in 44. priuilegio.

*Legatum per ciuilem mortẽ extinctum.*

## Quinquageſimumprimum priuilegium.

*Verba generalia habent in piјs cauſis uim diſpoſitionis.*

QVINQVAGESIMOPRIMO, licet verba generalia honoris & humanitatis, ſiue (vt vulgo dicunt) complacentiæ, & aſſentationis prolata ad eum quem honorare volumus, directe non inducant obligationẽ, neq; diſpoſitionem, vt ſi quis dicat, mi frater, in omnib. me tuum eſſe recognoſco, vel omnia bona mea tua ſunt, vel, de meis facias quod tibi libuerit, & ſimilia, vt eſt tex. in c. cũ veniſſent, vbi & hoc not. Ioan. And. Anto. Cardi. Imol. & Panor. col. i. de inſtitu. & bona glo. in l. i. C. in quib. cauſis, & voluit Ang. in l. ſi cui, D. de ſeruitut. Roma. in rubric. D. de arbit. col. 3. Alex. late in l. ita ſtipulatus, col. 2. D. de verbo.

*Verba generalia honoris.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

verbo.oblig. & Fely.in c. cum iuramento, de ſenten excommuuic. Fallit tamen fauore piæ cauſæ, vt ſi teſtator dicit ſeruo,ſcio quòd tibi gratiā referet filius meus,hæc verba vim habent relictæ libertatis,cogendusq; filius ſeruum manumittere,textum habes & exemplum in l. Paulus reſpondit,§.Paulus. ff. de fideicommiſ.libert. per quē text.not.ibi Bal. & Benedict.Plum.quòd verba adulatoria,etiam ad honoratum relata, inducunt diſpoſitionem fauore libertatis,& illum trahit ad omnem piam cauſam Romanus vbi ſupra,in 26.ſpeciali, vbi & illum ad hoc dicit ſingul.& Soci.etiam vbi ſupra,in 45.priuilegio.

*Verba adulatoria.*

## Quinquageſimumſecundum priuilegium.

*Prius teſtamentum ad pias cauſas factum non infirmatur per ſecundum minus ſolenne,in quo uenientes ab inteſtato,hæredes inſtituti ſunt.*

*Teſtamentū minus ſolenne ter factum.*

QVINQVAGESIMOSECVNDO, licet primum teſtamentum ſolenniter factū,in quo inſtituti ſunt extranei, reuocetur per ſecundū non ſolenne,in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato,per l.hac conſultiſſima,§.ſi quis,C. de teſtam. Fallit tñ vbi in primo teſtamento eſt inſtituta pia cauſa, tunc.n. non reuocaretur ſecundū non ſolēne, in quo inſtituti eſſent veniētes ab inteſtato,præſertim ſi non eſſent liberi. Ita conſuluit Panor. conſi.11.in cauſa quæ vertitur,col.3.verſi.non obſtat, lib.1.& Raphael Cuma.conſi.177.& idem ego,& Soci.cōſi.incip primo aſpectu,qui & hoc indubitanter affirmat,etiam ſi in ſecundo teſtamento eſſent inſtituti liberi, Iaſ.in d.§.ſi quis,colu.2.in.2.limitatione,vbi hoc ſingul.reputat.

*Secus in pijs cauſis.*

*Eoq; magis, ſi non ſunt liberi.*

## Quinquageſimumtertium priuilegium.

*Teſtamentum ad pias cauſas conditum,licet minus ſolenne,reuocat prius teſtamentum omni iuris ſolennitate conſummatum.*

*Teſtamētum in ſcriptis ſolenniter factum.*

QVINQVAGESIMOTERTIO, licet teſtamentum in ſcriptis



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ſcriptis ſolenniter conditum non tollatur per ſecundum teſtamentũ ſine ſcriptis factũ, in quo princeps, vel alius potens in eo eſt hęres inſtitutus, per textũ in l. nolumus, ſecundum Iaco. Ra. Iaco. Areti. Nico. Mat. Cyn. Bal. Salyc. Rapha. & pleroſque omnes, C. de teſtamen. Fallit tamen vbi in eo ſecundo teſtamẽto eſſet inſtituta pia cauſa, vt expreſſe. & in terminis voluit Alex. conſi. 105. viſo ac diligenter conſiderato. col. penulti. verſi. non obſtat, lib. 4. per not. per Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. vlti. de ſolutio. & ſequitur Iaſon in d. l. nolimus, vbi hoc reputat ſingu. Sed hoc ante vtrunque voluit Panormi. cuius neuter mentionem facit, dicto conſi. 11. col. 3. lib. primo. Et facit quod teſtamentum prius conditum cum ſolennitate iuris communis, videlicet ſeptem teſtium, reuocatur per teſtamentum ad pias cauſas cum duobus tantum teſtibus conditum, vt conſuluit Paul. Caſtr. conſi. 327. dubium facit in ſupraſcripto puncto, lib. i. & Alex. cõſi 131. ſuper themate, col. i. verſi cu. 3. præſuppono. lib. 7. & hoc probatur in teſtamento militis, in l. eius militis, §. militia miſſus, D. de teſtemen. milit.

*Pia cauſa inſtituta in ſecundo teſtamento ſine ſcriptis cõditio.*

*Reuocatio prioris teſtamẽti ſolennis per ſecundũ ad pias cauſas.*

## Quinquageſimumquartum priuilegium.

*Teſtamentum liberis inſtitutis conditum reuocatur per ſecundum ad pias cauſas: aliquo tamen eis relicto.*

*Teſtamẽtũ liberis inſtitutis, fortius a 1a quauis ſolenni uolunta te.*

*Illi tamẽ præualet pia cauſa.*

QVINQVAGESIMOQVARTO, quando præcedenti germanum eſt, licet primum teſtamentum, in quo inſtituti ſunt liberi, non reuocetur per ſecundum etiam ſolenne teſtamentum, niſi teſtator expreſſe reuocauerit, per textum in authent. hoc inter liberos, C. de teſtament. fallit tamen, ſi in ſecundo teſtamento eſſet inſtituta pia cauſa, aliquo liberis relicto, vt nota. voluit Alex. d. cõſi. cv. col. 5. verſi. tertio ad dictam authen. etiam per not. Hoſtien. & Ioan. And. in dicto c. vlti. ſequitur & dicit ſingul. Iaſ. in dicta authenti. hoc inter liberos, in 4. limitatione. Ad quod facit, quod etiam illa authenti. non procedit, quando in

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

do in ſecundo teſtamento eſſent inſtituti liberi, vt voluit gl. not. in auth. de teſtam. imperf. in prin. quam ſequitur Iacob. Bel. & alij ibi, Cy. Bal. & communiter alii, in d. authen. hoc inter liberos, Rom. qui illam dicit ſingu. conſi. 179. ampliſſime doctor, colu. x. & conſi. 385. in caſu præmiſſo, Alex. d. conſi. cv. col. 5. verſi. ſecundo reſpondeo, & conſi. 146. viſo themate, col. pe. lib. 2.

*Et teſtamētum ſecundū liberis etiam inſtitutis confectum.*

## Quinquageſimumquintum Priuilegium.

*Legatum incertum ad pias cauſas ualet., et ſecundum æſtimationem patrimonij legati quantitas definiri debet.*

ad pias cauſas, in quibus nō attenditur aliqua prohibitio, ſeu diſpoſitio iuris Ciuilis, ſed tantū iuris Gentiū, uel Canonici, ut per Bar. late in repetitio. l. 1. in ulti. quæſ. C. de ſacroſ. eccle. & ſæpius ſupra diximus. Secundo per tex. à contrario ſenſu in dicto c. licet, §. ult. de ſepultu. lib. 6. iuncta gl. in uerbo, iudicare, quæ intelligit text. generaliter in quacunque ultima uoluntate. Et ſi Papa ibi intellexiſſet de donatione cauſa mortis, id expreſſiſſet, c. ad audientiā, de decimis. Et etiā ſi intelligeretur ille tex. de huiuſmodi donatione facta pro anima, ibi poſitū eſſet ſuperfluū: quia filiusfamilias, cū cōſenſu patris poteſt indiſtinctè, nedum pro anima, donare cauſa mortis, etiā non piæ cauſæ, l. tā is, §. 1. D. de donatio. cauſa mort. l. filiusfamilias, §. pari, D. de donatio. Et quia etiā ille textus generaliter dicit iudicare, ideo & generaliter eſt intelligendus, etiā ſi corrigatur ius ciuile, quia ubi tractatur de fauore animæ, uel piæ cauſæ, etiā in correctoriis licita eſt extenſio, ut patet ex not. per gl. & Bar. in authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uēdi. cum concord. quas adducemus infra. Præterea quādo lex, uel alia diſpoſitio nihil operaretur in ſenſu directo, ut eſt in d. c. licet, tūc licitū eſt ſumere argumentū à cōtrario ſenſu etiā ad correctionem iuris cōmunis, gloſſ. in l. nulla, iuncto tex. C. de epiſcop. & cleric. cū concordan. quas alibi adferā. Quinimo ſumendo argumentū à contrario ſenſu ex dicto c. licet, non erit correctio, ſed potius limitatio iuris cōmunis, quæ fieri poteſt regulariter à contrario ſenſu, c. cum dilecta. §. nos igitur, & ibi Panormita. de confirm. uti. uel inutili. & c. poſt translationem, §. quanquā, & ibi Bar. de renuntia. Itē in eo textu hæc ſunt uerba appoſita, quòd filiusfamilias non poteſt iudicare pro anima, præter patris cōſenſum. At quādo omnino negatiua præcedit dictionē, præter, ea dictio ſtat incluſiue, l. nā quod liquidæ, §. ulti. D. de penu lega. & declarat Bar. in l. actione, C. de tranſactio. & in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, D. ſi quis cautio. Ergo is text. nō à cōtrario, ſed potius ſenſu directo probat filiumfamilias poſſe cum conſenſu patri teſtar

*Filius familias pōt indiſtinctè donare cauſa mortis.*

*Fauore piæ cauſæ etiam in correctorijs licita eſt extenſio.*

*Argumentum à contrario ſenſu, etiā ad correctionem iuris cōmunis.*

*Argumentum à contrario ſenſu regulariter fit ad limentationē iuris cōmunis.*

*Dictio, præter nonnunquam incluſiua eſt.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

teſtari:& hanc quoque partẽ fulſit exceptio appoſita in dicto.c.licet,in uerbo,niſi peculium caſtrenſe, uel quaſi habeat. Nã exceptio firmat regulã in caſibus nõ exceptis,l. quæſitũ,§.denique,D.de fund.inſtruct. & not.gl.in l.his uerbis. D.de.legat.iii . & declarat quo caſu loquatur l.nã quod liquidæ.§.ul.D.de penu lega. Ideoque illa exceptio.quæ ita cõuenit teſtamẽto , ſicut donationi cauſa mortis. declarat,quòd illa uerba, iudicare & c.appoſita in regula præcedenti nõ ſolũ procedunt in donatione,ſed etiã in teſtameno. Itẽ quia in dubiis ſequẽda eſt opinio quæ eſt pro pia cauſa, l.ſunt perſonæ, D.de relig.& ſumpt.fune.& infra latius dicemus. Denique ob id præcipue prohibetur filiusfamilias teſtari etiã de conſenſu patris quia teſtamẽtum ex alieno arbitrio nõ poteſt pẽdere,l.illa inſtitutio. D.de hæredib.inſtituẽd.Sed ea ratio ceſſat in teſtamento ad pias cauſas,quod poteſt ab alieno pẽdere arbitrio,ut not.in c. cum tibi,de teſtament.cũ cõcordan. ſupra traditis in priuilegio 64.ubi de captatoria diſpoſitione diſſeruimus.

*Exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptis.*

*In dubijs magis fauẽdũ eſt piæ cauſæ.*

*Teſtamẽtũ non pẽdet ex alieno arbitrio.*

*Niſi ſit ad pias cauſas.*

Cõtrarium tamen tenent Archid. Ioan.And.& Petr. Ancha.in dicto c.licet,de ſepult.lib.6.& idẽ Ioan.And. in c.ſi pater,in princip.de teſtamen.eod.lib. Petrus Peruſ.& Petrus Ancha.in c ii.eodẽ.titu.Imol.& Fran.Areti.in d.l.qui in poteſtate,in prin.D.eod.tit.Idẽ Imol. in d.l.tam is.§.1.D.de donatio.cauſa mort.Fulgo.& Iaſon,qui dicit hanc partẽ eſſe ueriorẽ in puncto iuris,licet à prima iudicando & cõſulendo non auderet recedere,in dicta l.ſenium.C.qui teſtamen.facere poſſ.idẽ Fulgo.in dicta l.i.ad fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.Panor.conſil.lxiii.uidetur primo dictum legatum,colum. iii.uerſi. quarto adduco . lib.1.

*Cõtrariæ opinionis autores.*

Mouentur hi primum text.vulgatis prohibentibus filiumfamilias teſtari etiam cum conſenſu patris, & potiſſimum dicta l. ſenium.in uerbo, nullo modo : à quibus iuribus non reperitur excepta pia cauſa. Nã quod ad dictũ cap.licet,attinet,non debet ex eo ſumi argumentũ a cõtrario ſenſu ad correctionem iuris communis,per textũ in l.

*Rationes eorũdem.*

*Reſpõſio ad obiecta.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in l.2. & ibi Bald. C. de condi. inſer. cum ſimilib. & cũ ibi dicitur, pro anima, debet ſubaudiri, maxime. Quin ſi bene is text. conſidetur, nõ in etiã probat à contrario ſenſu. Nã ibi eſt omnino negatiua, quod filius nõ poteſt aliquid iudicare, pro anima. In illa ergo oratione negatiua uerbum, iudicare, indefinite poſitũ æquipolet uniuerſali negatiuæ, l. ſi pluribus, D. de leg. ii. Et ſic ea omnino uniuerſaliter id comprehendit, quòd nullam ſpeciẽ ultimæ uolũtatis poteſt filiusfamilias facere ſine cõſenſu patris, & ſic nec teſtari, nec codicillari, nec donare cauſa mortis. At ſi ſumas argumẽtũ à contrario ſenſu, omnino affirmatiua non æquipollet uniuerſali. Ratio diuerſitatis ea eſt, quia primo caſu tu nõ offendis ius, ſecũdo caſu ſumẽdo argumẽtũ à contrario ſenſu, uniuerſaliter offendis, quia ſic ſequeretur, quòd cũ conſenſu patris poſſit teſtari: quod fieri non poteſt, per l. diſcretis, in fi. C. qui teſtamẽ. facere poſſ. & per l. ulti. §. filiis autẽ, C. de bonis quæ liber. Nam in d. l. diſcretis, dicitur quòd mutus à natura, uel ex accidenti, ſi ſit peritus literarũ, poteſt omnia ſine aliquo obſtaculo facere, ideſt, teſtari & codicillari: & tamẽ à cõtrario ſenſu nõ intelligitur, quòd ſi nõ ſit peritus literarũ, nihil poſſit eorũ facere, quia imo poteſt codicillari & legare, l. nutu, & ibi docto. D. de lega. iii. At in d. §. filiis autẽ, dicitur quòd filiisfamilias non datur poteſtas teſtandi, nec aliter diſponendi de aduentitiis, quorũ uſufructus acquiritur patri, ſine uolũtate patris: & tamẽ ibi non ſumitur argumentũ à cõtrario ſenſu uniuerſaliter, uidelicet, quòd cũ uolũtate patris poterit teſtari: quia eſſet contra l. penul. & ulti. C. qui teſtamen. facere poſſ. ſecundũ communem opinionem docto. ibi. Et ut hoc uno uerbo cum Iaſo. aliter declarem, cõtraria uniuerſalis negatiuæ eſt particularis affirmatiua, non autẽ uniuerſalis. ut ſi dicam, ſi Imperator uelit, nonnullus ibit, & ſic aliquis, non autem omnes ibunt. Et alia quædam adfert Iaſon in d. l. ſenium, ex ſua ipſius moneta, quæ ibi omnibus uidere licet: alia quoque Philip. Franc. in rub. de teſta. col. 19. uerſi. ſexto quæritur, cum multi ſeq. l. b. 6.

*Oratio negatiue indefinitè poſita, æquipollet uniuerſali negatiuæ.*

*Non etiã affirmatiua.*

*Diuerſitatis ratio.*

*Mutus literarũ peritus poteſt teſtari.*

*Cõtraria uniuerſalis negatiue eſt particularis affirmatiua.*

Sunt

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Sunt & qui alias in hac re ſententias habeant. Bart.n. (nihil adhuc de eo diximus) nõ ſatis ſibi conſtat. Nã primum in repe. d. l. i. in 3. q. i. partis principalis, C. de ſacro. eccleſ. dicit quòd in bonis aduentitiis, in quib. quæritur vſusfructus patri, vt ſit regulariter, põt filiusfamilias teſtari ad pias cauſas cum conſenſu patris, in aliis autẽ, quę pleno iure ad filium pertinet, & quæ enumerantur per glo. in authen. excipitur, C. de bonis quæ lib. poteſt ipſe filius teſtari ad pias cauſas, etiã ſine conſenſu patris. per tex. in d. l. i. in verbo, liber, inducẽdo vt ipſe facit. Et hãc opinionem ſequitur Imo. ſibi contrarius in d. c. 2. de teſtamen. & Rom. in repetio. d. authẽ. ſimiliter, in 19. ſpeciali, inter vltimas voluntates, vbi ad hoc quædã alia allegat, & Paul. Caſtr. conſi. 101. ad primum quæſitũ videtur reſpondendũ, in ſecundo dubio, lib. 2. Verum idẽ Bart. in d. l. qui in poteſtate, in fi. princip. D. de teſtamen. dicit totum omnino contrarium, videlicet quòd in bonis aduentitiis, in quibus non quæritur vſusfructus patri, poteſt filiusfamilias cum volũtate patris teſtari ad pias cauſas, cũ in aliis non poſſit, & hanc quoque opinionem ſequitur Paulus Caſtr. in d. l. ſenium, C. qui teſtam. facere poſſ.

*Alij rurſum alterius opinionis.*

*Bartoli hac de re diſtinctio.*

*Bartolus ſibi è diametro contrarius.*

Sed hæc duæ opiniones Bar. & ſequacium paſſim, & vbique ab omnibus fere reprobãtur, aliæ duæ ſeſe vbiq; tutantur, nec altera cedit alteri, fatentur tamen omnes primam eſſe communiorem, & æquiorem, plerique ſecundam eſſe veriorem, ſi iuris rigorem ſpectes. Ego potius primæ acceſſerim, rationibus ſupra allegatis.

*Prima opinio communior.*

*Author accedit primæ opinioni.*

## Septuageſimumnonum priuilegium.

*De iure communi inhabilis ad teſtandum ad pias cauſas teſtari non prohibetur, ſi non ſit defectus intellectus, uel damnatus ad mortem.*

SEPTVAGESIMONONO, proximo priuilegio conuenit, quòd & cæteri alias inhabiles de iure communi ad teſtandum, poſſunt tamẽ teſtari ad pias cauſas, vt voluit Barto. in repetitio. d. l. i. col. 2. verſicu. venio ad ſecundũ,

*Inhabilis ad teſtandum poteſt teſtari ad pias cauſas.*

 & ite-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& iterum colum. 3. verſi. de perſonæ relinquentis, C. de ſacroſanct. eccleſ. per text. ibi, in verbo, vnuſquiſque, & aliis quibuſdam rationibus, quibus & alias adiicit Iaſon in vtraque lectu. vbi tamen contrariam partem ſequitur, quas quidem rationes huc adſcribere ſuperuacuũ eſſet, cum pateant omnibus.

*Contrariũ ſentientes.*

Sed contrarium innuit gloſſ. ordina. in d. l. i. quæ illi dictioni, vnuſquiſque, hanc adiicit, habilis, & ibi Cyn. Guhel. Cu. ipſemet Bar. deridet Salyc. col. 6. & quinque ſequen. vbi in hanc partem adfert decem rationes, Fulgoſ. Paul. Caſtren. & omnes recentiores, idem Barto. in l. i. §. nuntiatio, colu. 3. D. de operis noui nuntiatio. & in l. omnibus, D. ad Trebellia. & in l. non dubium, colum. 3. C. de legib. Bal. conſi. 448. quæritur in primis, col. i. lib. i. Alex. conſi. 182. ſuper eo de quo quæritur, in fi. lib. 5. & hæc eſt communis opinio.

*Limitatio prioris opinionis.*

Sed ſi primam ſequaris, eam haud dubie limitabis nõ procedere in his, in quibus eſt defectus intellectus, ut in furioſo, mente capto, infante, & etiam in pupillo, vt patet ex tex. d. l. i. in verbo, iudicia, & in verbo, voluntates, quæ quidem non cadunt in huiuſmodi perſonas. Sicuti etiam videmus, quòd miles alias priuilegiatus, ob defectum intellectus non poteſt teſtari, l. vlti. & ibi not. C. de teſta. mili. Neque ſimiliter in dãnatis ad mortem, cũ ſerui pœnæ efficiãtur, l. qui vltimo. D. de pœ. iuncta l. quod attinet, D. de regul. iur. nec habeãt bona, cum fiſco applicentur. & tex. in d. l. i. bona requirit, cũ dicit, bonorũ. Sicuti etiã ſimiliter miles damnatus ad mortẽ teſtari nõ poteſt. l. ex militari, in princip. à contrario ſenſu. D. de milita. teſtam. Nec etiam in monacho, & ſeruo, cum etiã bona non habeãt. Quæ omnia Bar. in d. l. i. ſigillatim deſcribit per quinq; aut ſex quæſtiones, vt ibi licet videre per eum. Cum quo cõcordat Bal. ibi, tam in lectu. quàm in repe. d. l. i. in quæſtionibus, & conſi. 244. proponitur ꝙ quidam nobilis, lib. 5. & Pan. in rub. de teſta. col. 4. cũ ſeq. & late Alex. conſi. 182. ſuper eo de quo quæritur, & ibi cõcord. alleg. per eũ, & Philip. Frã. in rub. de teſta. lib. 6. per multas

*Miles priuatus intellectu nõ poteſt teſtari.*

*Excipiuntur à pari opinione ſimpliciter damnati ad mortẽ.*

*Etiam milites damnati.*

*Etiã monachus et ſeruus.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

multas quæſtiones, in quibus etiã locis comperies, quid de prodigo dicendum ſit, in quo Bal. fuit ſibi contrarius. Nam in lectu. ſecunda. col. 4. verſi. deinde quero quid de prodigo, t enet quòd nõ poteſt teſtari ad pias cauſas. ſed in repetitio. col. 9. in 12. q. tenet contrarium. Et de condemnato ad mortem, quòd nõ poſſit teſtari ad pias cauſas, tenuerunt vltra prædictos Ioan. And. in additio. Specul. titu. de inrum. edi. §. compendioſe, in additio. quæ incipit, quid de damnato, & iterũ §. nunc aliqua, verſi. decimoquinto, eo. titu & Bal. in l. i. C. de ſacroſ. eccle. & in l. vlti. in vlti. colu. C. ſi à non competen. iudic. & conſi. 382. dicit lex, quòd condemnati. poſt princ. lib. i. & conſ. 448. quæritur in primis, col. i eo. lib. i & conſi. 476. teſtamenta & relicta, lib. 5. per tex. in l. ſi quis filio, §. irritũ. D. de iniuſto teſtam. & Paulus Caſt. conſi. 319. primum quæſitum habet duo dubia, in ſi. lib. i. & Frãciſ. Aret. in l. ſi quis poſt, col. 4. verſi. ex. hoc gl. D. de teſtam. Hippoly. Marſi. conſi. 133. omnipotens, col. i. lib. 2. Et de vſurario manifeſto idem tenet Panorm. conſi. l. i. quidam nomine Cola, ad fin. lib. 2. poſt bald. in l. i. colum. 4. verſic. octauo quero, C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem Bald. conſi. 20. quidã Petrus colum. vlti. libr. 3. De pupillo autem ſatis ſupra diximus in 64 priuilegio.

*Et prodigus.*

*Etiã uſurarius manifeſtus.*

## Octuagesimum priuilegium.

*Legata non pijs cauſis relicta in teſtamento ad pias cauſas facto non infirmantur: ſecus in teſtamento inter liberos.*

OCTVAGESIMO, licet teſtamentum alias imperfectum, ratione ſolennitatis, conditum inter liberos valeat quantum ad ipſos liberos duntaxat, alia autem relicta extraneis non valeant, per l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. Secus tamen in teſtameuto facto ad pias cauſas, quia ſi in eo fuerint legata facta etiam non piis cauſis, ea valebunt, æque ac relicta piis cauſis, ita ſingul. tenuit Saly. in auth. caſſa & irrita, colu. 4. in 9. quæſt.

*Teſtamentũ imperfectũ inter liberos valet.*

*Non tamen relicta extraneis in eodẽ teſtamẽto.*

*Aliud in teſtamento ad pias cauſas.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quæſt. C. de ſacroſ. eccleſ. per authen. quod ſine, C. de teſtamen. & Anto. in c. quod clerici, col. antepenult. & ibi Panor. col. 7. de foro competen. & Alex. conſi. 41. viſo tenore, col. 2. verſi. quinto quia in dicto teſtamento, libr. 1. vbi hoc dicit ſingul. & conſi. 105. viſo ac diligenter conſideraro, col. 5. & iterum col. vlti. lib. 4. Sed & in hanc partem conſuluerunt Patr. de Vbal. & Bal. Ser Cole. vt patet in eorum conſil. quod eſt inter conſil. Cornei, conſil. 278. conſuluit dominus, lib. 1.

*Contrariū ſententes.*

Sed Iaſon alibi de ea re multum dubitauit, alibi cōtrarium aperte tenuit. Primum dubitauit in d. l. 1. in prima lectu. col. 4. verſi. pro extenſione, deinde in 2. lectu. col. penul. verſi. vnum ſing. not. Sed in dicto §. ex imperfecto, col. 3. verſic. pro clara intelligentia, contrarium aſſeueranter affirmat, licet neminem inuenerit alium contradicentem, per textum in d. §. ex imperfecto, cui licet conetur reſpondere Salyc. in dicta authen. caſſa, multis quidem modis, tamen nihil (inquit) facit. Primum enim dicit Salycet. quòd quando quis teſtatur ad pias cauſas cū duobus teſtibus, valet teſtamentum de iure communi. Et ibi afferens ſecundam reſponſionem, dicit ſuccedere ex teſtamento, & propterea etiam valent quæcunque legata ibi relicta. At in dicto §. ex imperfecto, teſtamētum nō valet de iure cōmuni, nec poteſt quis ſuccedere ex teſtamento, ſed ab inteſtato, ſecundū gl. ibi, ideo legata ibi facta aliis non valent. Confirmat hoc, qu a huiuſmodi teſtamentū inter liberos, de quo nunc loquimur, nō ſimpliciter teſtamentū dicitur, ſed cū adiuncto, teſtamentū imperfectum, per dictū §. ex imperfecto, propterea non eſt proprie teſtamentū, per Bar. in l. Lucius, §. quæſitum, D. de lega. 3. At teſtamentū ad pias cauſas appellat teſtamētum ſimpliciter, itē dicit Saly. quòd d. §. ex imperfecto, eſt correctus per dictā authen. quod ſine. Quibus reſpondet Iaſon omnia hæc eſſe falſa, nam primum (inquit) teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſtibus non eſt proprie teſtamētum, nec etiam vt teſtamentū valet, ſed vt vltima voluntas in genere, vt declarat Bartol. in repetitio.

*Reſponſio ad cōtraria.*

*Teſtamentū inter liberos non eſt proprie teſtamentum.*

*Teſtamentū ad pias cauſas, teſtamentum ſimpliciter.*

*Contrariū aſſerentes.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

titio.d.l.i.col.pen.verſi.quarto quæro,C.de ſacroſ.eccl. Deinde ex dicto §.ex imperfecto, non ſuccedit hæres ab inteſtato,ſed ex teſtamento,quicquid dicit glo.ibi,contra quam tenent Bartol.& alii ibi, & eſt etiam contraria alia gloſſa ordinaria in l.filii.in verbo,inteſtato,& ibi do cto.C.famil.erciſ. Denique cum corrigitur d. §.ex imperfecto,per dictam authen. quod ſine,quia illa authent. (vt ibi omnes dicunt) loquitur quando teſtamentũ à patre ſit in ſcriptis,ſecundũ formã ibi traditam,tunc enim legata,& fideicommiſſa ibi relicta valent,ſed quando pater teſtaretur nũcupatiue coram duobus teſtibus, ille §. manet firmus. Item pro hac parte adfert Iaſon illud ſimile, ꝙ ſi filiusfamilias facit teſtamẽtum ad pias cauſas cũ conſenſu patris (quod poteſt ſecundũ communẽ opinionem,vt diximus in præcedenti priuilegio) certe ſi filiusfamilias in eo teſtamento aliis legata reliquerit, nihil valent,non tamẽ accreſcunt piæ cauſæ inſtitutæ,ſed relinquuntur venientibus ab inteſtato, per textũ ſingul. in l. mulieri,D.de conditio.& demonſtra.& voluerũt Bal. Salyc. Paul. Caſtr. Alex. Corne. & alii recẽtiores in d.l.ſenium,Bald.in repetitio.l.i. col.6.verſi.tertio quæro, C. de ſacroſ.eccleſ.& Imol. in l.tam is.§.i.D. de donation. cauſa mortis. Hæc Iaſon,cuius opinionem ante illũ ſenſit Corneus conſi.261.in hac conſultatione,col.i.iunctis his quæ.dicit col.3.verſic.nec refragatur,lib.i.

*Reſponſio ad obiecta.*

*Cõfirmatio eiuſdem.*

*Legata aliis relicta in teſtamento filii familias ad pias cauſas nihil ualent:*

Sed è diuerſo quid ſi quis faciat teſtamentum cũ duobus teſtibus tantum,quo inſtituat hæredẽ laicum,& relinquat quædã legata piis cauſis,an tunc valebunt ea legata? Sunt qui dicunt non valere,cum nõ valeat caput teſtamenti, nec propterea hoc caſu eſſe locũ d.c. cũ eſſes, & c.relatum,de teſtamen. Et tia voluit Salyc.in d.auth. caſſa,& Anto.in c.quod clerici.de foro competen.& Alexan.conſi.177.viſo themate mihi exhibito,col.3.lib.2. & conſi.209.ſtatuti,colum.7.eodem lib.2. Iaſon in dicta l.i.in prima lectu. colum.5. verſicu. è contrario autem, C.de ſacroſſan. eccleſ. In contrarium tamen facere videtur,quod decidit Barto.in repe.d.l.i.in 5. queſt.princ.

*An ualeãt legata relicta piis cauſis in teſtamento imperfecto.*

*Caput teſtamẽti inſtitutio hæredis.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Sed tu ſuper huius rei ueritate vide per Anto.& Imol.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitu. & Imol.in dicto cap.quod clerici,de foro competen.

## Octuageſimumprimum priuilegium.

*Executor teſtamenti ad pias cauſas inconſulto hærede præſtat legata.*

*Merus teſtamēti executor non agit contra hæredem pro legatis.*

*Secus in pijs cauſis.*

Octvagesimoprimo, licet merus executor teſtamenti non poſſit agere contra hæredem ad legata,per l. Lucius,§.i. D.ad Trebel.& l.filio,§.matri ſuæ. D.de adimen.vel.transfer.legat.fallit tamē in relictis ad pias cauſas,per l.nulli,& ibi Bal.in i.not. Ioan.Fab.col.2.& Pau. Caſt.C.de epiſcop.& cleric.& l.alio hærede, & ibi gl. & Bar. D.de ali.vel.cibar.lega.& voluit glo.& Bar.in l.Lucius,§.i.& in l ſi quis Titio, D.de lega.2. Innocen. Hoſtien.Ioan.And. Panor.& alii in c.Ioannes,de teſta.Specula.in titu.de inſtru.edit.§.nunc vero aliqua, verſic. & ſcias huiuſmodi executores,& ibi Ioan. And.Cardin. in Clementi.i.in 13.quæſt.de teſtam.Bal.in l.hæreditas,§.ſi defuncto,col.2.verſi.ſeptimo,D de petitio.hæred.in ſecunda lect.& Franc.Aret.in l.i.col.vlti.in 15.priuilegio, C.de ſacroſ.eccle. Alex. conſi.170. circa primum dubiū, poſt princip.& conſi.51.in caſu præſenti,col.5.lib.7. Nā & executores ad pias cauſas obtinent vicem hæredū, vt not. Innocen.in c.cum tibi,de teſtament. Bar.conſil.25. viſo teſtamento Gentilis, in primo dubio, & conſi.182. Titius condidit teſtamentum,col.2.per l.ſi quis ad declinandam, C.de epiſcop. & cleric. De quo tu vide Benedict.Cap.conſi.25.cum pluribus quæratur,col.3.

*Executor ad pias cauſas.*

## Octuageſimumſecunqum priuilegium.

*Mandatum ad pias cauſas durat etiam re integra poſt mortem mandantis.*

*Mandatum finitur morte mandantis.*

Octvagesimosecvndo, licet alias mandatum morte mandantis re integra expiret,l.2.§.ſed quis,& ibi late Bart.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Bart. D. de donationi. & l mandatũ, & ibi itẽ late Bal. C. manda. Fallit tamen in mandato ad pias cauſas, per textum in clementi exiit, §. in eo vero caſu, de verbo. ſigni. quem ad hoc dicit ſingul. Bal. in authen. ſi qua mulier, colum. vlti. verſic. quarto not. quod eſt, C. de ſacroſanct. eccleſ. & Roma. conſi. 119. in prima concluſione.

*Aliud in mandato ad pias cauſas.*

## Octuageſimumtertium priuilegium.

*Sufficit conditionem quoquo modo in pijs cauſis extitiſſe.*

OCTAAGESIMOTERTIO, licet alias conditio in legatis debita adimpleri in forma ſpecifica, l. Mæuius, & l. qui hæredi, in prin. D. de conditio. & demonſtratio. hoc tamen fallit in legatis ad pias cauſas, in quibus debetur legatum conditione impleta, licet non in forma ſpecifica, vt voluit Roma. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem à te, D. de verbo. oblig. per textum ſingul. in l. Paulus. §. Caius, D. de liber. cau. & ſequitur Soci. d. reg. 310. in vlti. priuilegio.

*Cõditio in legatis ſtricte adimplenda eſt.*
*Niſi ſint ad pias cauſas.*

## Octuageſimumquartum priuilegium.

*Iudicium defuncti lege repræſentatum monitus à iudice infra annum non adimplens, excluditur eo quod præter naturale debitum, perceperit ex eodem iudicio: at in pijs cauſis non tantum ſucceſſione, ſed et legitima priuatur.*

OCTVAGESIMOQVARTO, licet alias filius hæres inſtitutus non adimplens legata in teſtamento patris facta ad non pias cauſas infra annum monitionis iudicis priuetur ſolum ſucceſſione defuncti, & non debito iure naturæ. vt eſt textus in authenti. hoc amplius, C. de fideicommiſſ. ſecus tamen in relictis ad pias cauſas, quia tunc etiam debito iure naturæ priuatur, gloſſa eſt not. in c. ſi hæredes, in gloſſ. vlti. in fin. de teſtament. per textum in §. ſi quis autem pro redemptione, verſic. ſi autem qui, in authen. de eccleſiaſt. titul. Sed Panormi. ibi di-cit

*Filius nõ adimplens legata in teſtamento relicta, monitus infra annum à iudice non priuatur legitima.*
*Quid in relictis ad pias cauſas.*
*Dubium in pijs cauſis.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Legitima debitum naturæ.* *Qui non ſubit onus, nec ſentire debet cōmodū.* *Legitima debetur filio ſine aliquo onere.* *Potentior eſt legitima quocunque legato.* *Hæres reſpectu legitimæ non poteſt eſſe in mora.* *Legatū non cenſetur, quod iure naturæ debetur.* *Pœna non excedit delictum.*

cit ſe dubitare an ſit verum, quia iura de hac re loquentia loquuntur de teſtamento, ſed legitima debetur filio extra omne teſtamētum, quaſi debitum naturæ Et ideo iura voluerunt ſolum excludere hæredem à commodo habito per defunctum, quia cum nolit ſubire onus, nec etiam debet habere commodum, quæ ratio ceſſat in debito iure naturæ, quod debetur ſine aliquo onere, l. quoniam nouella, & l. quoniam in prioribus, C. de inofficio ſo teſtamen. Et hanc etiam poſtremam partē tenuit Baldus in dicta authent. hoc amplius, colum. 2. verſic. modo reſpondeo, hac ratione motus, quia potentior eſt legitima, quàm quicunque legatarius ad pias cauſas, nec poteſt eſſe hæres in mora reſpectu legitimæ. Nam non videtur eſſe legatum, quod iure naturæ detrahitur, vt not. in d. l. quoniam in prioribus, & pœna non excedit delictum, l. reſcriptum, D. de his quibus vt indig.

## Octuageſimumquintum priuilegium.

*Quod in præcedenti priuilegio traditur, hæredem monitum decreto iudicis, non de iuſſu tantum intelligendum eſt: niſi in legatis ad pias cuſas.*

*Limitatio præcedentis priuilegij.* *Differunt inter ſe monitus et iuſſus.* *Contrarium in pijs cauſis.*

Octvageſimoqvinto, cum hæres monitus decreto iudicis, vt adimpleat voluntatem teſtatoris, ſi per annū neglexerit, priuetur omni emolumento præter id quod teſtator neceſſe habuit relinquere, vt diximus in præcedenti articulo, idque ita demum ſi monitus fuerit, neque enim ſufficeret, ſi iuſſus tantum eſſet, vt dicit Angel. in §. ſi quis autem, per illum textum in authent. de hæred. & Falcid. hoc enim inter ſe differunt, vt in cap. i. de conſeſ. libr. 6. & in l. præsbyteri, C. de epiſcop. & cleri. Tamen in legatis ad pias cauſas ſatis eſt, ſi iuſſus fuerit, per text. in §. ſin autem, in authen. de eccleſ. tit. & voluit Angel. vbi ſupra.



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Octuageſimumſextum Priuilegium.

*Verba ennuciatiua per modum cauſæ prolata, et non principaliter, tam in ultima uoluntate, quàm in contractu inter uiuos fauore piæ cauſæ probant ac diſponunt.*

OCTVAGESIMOSEXTO, licet per uerba enuntiatiua ob aliud prolata, ſcilicet per modum cauſæ non inducatur, nec probetur ultima uoluntas, quamuis ſecus ſit, ſi principaliter, & propter ſe eſſent prolata, iuxta not. in l. ex hac ſcriptura, ff. de donatio. fallit tamen in ultimis uoluntatibus ad pias cauſas, quæ inducuntur & probantur per huiuſmodi uerba enuntiatiue prolata etiam per modum cauſæ, per textum in cap. ulti. & ibi Innocent. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. Anto. Panormita. in ſexto not. de ſucceſſio. ab inteſta. & Barto. in repetitio. l. i. in 2. q. ult. quæſtionis principalis, C. de ſacro. ecc. Cardinal. in c. indicante. colum. 4. & v. de teſtament. & Panor. conſil. xi. uel ii. in cauſa quæ uertitur inter hoſpitale, colum. ii. uerſicu. nec obſtat ſi dicatur, Paulus Caſtren. cõſil. cccclvi. uiſis & examinatis, colum. i. lib. i. Alexond. cõſil. cxc. plura narrata ſunt, colum. vi. accedunt alia, lib. 6. Calca. conſil. cxlviii. uiſo dicto caſu, colum. ii. Iaſon in l. ex his, colum. ii. uerſicu. quinto limita. C. de teſtamẽto militis. Et facit quod hoc procedit fauore libertatis, quæ pia cauſa eſt, l. i. §. ſimiliq; modo, C. de Latina lib. tollen. & in l. ii. & ibi docto. & Fulgoſ. C. de neceſſ. & ſer. hære. inſtit. & §. ulti. inſtitut. de adoptio. Et in teſtamento militis, per dictam l. ex his, C de teſtament. milit. & fauore libertatis. per. l. vlti. C. familiæ erciſcund. Sed in noſtro caſu tenuit contrarium Bal. in repetitio d. l. i. col. penulti. in vii. quæſtio. C. de ſacroſanct. eccle. quem omnino uide, atque etiã Paulum Caſtren. conſi. 137. in cauſa quæ uertitur Pergonii, uerſ. tertio facit, lib. 2. ubi declarat qualiter id intelligatur.

*Verba enuntiatiua ob aliud prolata.*

*Eadẽ prolata in relictis ad pias cauſas.*

*Idẽ in libertate.*

*Et in militis teſtamento.*

*Cõtrariũ aſſerentes.*

Nec

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Idē in contractu inter uiuos.* Nec id quidem ſolū procedit in ultima uoluntate, ſed & in contractu inter uiuos uerba enūtiatiua fauore piæ cauſæ probant, ac diſponunt, per nota. per Bartolū in l. tale pactum, §. ultimo, D. de pactis, per dictum c. ulti. de ſucceſſio. ab inteſtato, & alia ibi allegata per eum, & ſequitur Alexand. dicto conſil. cxc. colu. vii. uerſicul. confirmo per notata, lib. 6. & uide quid dicam infra. Et facit quod fauore dotis uerba enūtiatiua probant, ut per l. ii. cum ibi not. C. de dot. promiſſ. uoluit Bar. conſi. 123. factum ſic ſe habet, Titius & Seius. & Paulus Caſtrenſ. conſil. xcii. quod præfata ſententia, colu. i. libro 2. & Romanus qui illū textum ſingul. dicit in ccccxxxvi ſingu. uerba enuntiatiua, ubi & hoc ampliat poſt Bartolum, & cauſa dotis, & piæ cauſæ æquiparantur, ut ſæpius diximus, & dicemus poſtea latius infra.

*Et in dote.*

*Cauſa dotis et piæ cauſæ æquiparantur.*

## Octuageſimumſeptimum Priuilegium.

*Nemo inuitus ſit executor ultimæ uoluntatis ad pias tamen cauſas tenetur huiuſmodi officium exequi tanquam delegatus, uel commiſſarius.*

OCTVAGESIMOSEPTIMO, licet quis non cogatur inuitus acceptare officium executoris teſtamenti, per textum in cap. penulti. in uerbo, poſt mandatum ſuſceptum, & ibi gloſſ. Ioan. Andr. & alii, de teſtament. tamen dicit ibi ſingul. Panormita. colum. ii. quòd reſpectu legatorum ad pias cauſas poterit epiſcopus compellere, etiam citra acceptationem, huiuſmodi officium exequi, & ſi non ut executorum teſtamentorum, ſaltem ut delegatum, & commiſſarium, per textū in l. i. C. qui pro ſua iuriſdictio. & cap. poſtoralis, de officio delega. Sed ſimpliciter quòd in hoc caſu poſſit compelli, tenuit Specula poſt antiquiores in titu. de inſtrument. edit. §. nunc uero aliqua, uerſi. hic etiam quæritur, quem omnino uide in hac materia, & ibi etiam Ioan. Andr. & Baldum in l. penulti. colum. ii. uerſicu. ibi poſt, C. de donationi. & Ra-

*Nemo inuitus tenetur acceptare officium executoris teſtamenti.*

*Niſi in legatis ad pias cauſas.*

*In quibus uice commiſſarij funguntur.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Raphael Cumanus conſ.12. Ioannes ab armis, in ſecundo dubio.

## Octuageſimumoctauum priuilegium.

*Nulla habetur ratio beneficij inuentarij piæ cauſa hærede inſtituta.*

OCTVAGESIMOOCTAVO, licet alias hæres adiens hæreditatem abſque beneficio inuentarii teneatur ultra uires hæreditarias, l. ulti. §. ſin autem dubius. C. de iure deliberandi. cum ſimilib. fallit tamen in pia cauſa hærede inſtituta, ut nota. uoluit Bartol. in repetitio. l. i. in 4. q. 4. quæſtionis principalis, C. de ſacroſanct. eccleſ. Mouetur primo, ex ſimilitudine fiſci, qui hoc caſu non tenetur ultra uires hæreditarias, l. i. §. an bona. & l. non poſſunt. D. de iure fiſci. Secundo, quia iura ciuilia nõ poſſunt obligare pias cauſas ultra uires hæreditarias, cum talis obligatio non ſit de iure naturali. Tertio, quia ratio, quare quis hoc caſu teneatur ultra uires, eſt, quia præſumũtur bona occultaſſe, §. ſancimus, in authẽ. de hæred. & Falcid. quæ ratio ceſſat in eccleſia, & aliis piis bonis. Quarto, quia hoc uidetur expreſſum in authenti. ſicut alienatio C. de ſacroſ. eccleſ. ubi nihil poteſt acquirere eccleſia, ex quo ipſa oneretur ultra quàm acceperit. Et idem tenet ipſe Bar. in l. ul. C. de iure deliberand. & Bal. in repet. dictæ l. i. col. xiiii. uerſicul. ſuper tertio dici debet. C. de ſacroſ eccle. & in d. l. ulti. in princ. col. ii. uerſicu. quinto quæro, C. de iure deliberandi, ubi hoc dicit nota dignum, & in d. authen. ſicut alienatio. Angel. in §. ſi uero quidem, per illum textum in authenti. de non ali. & Archid. & Panormit. in c. i. in fin. de ſolutio. & in c. i. col. penulti. de teſtamen. & Roma. & Fran. Aret. qui hãc dicit eſſe communiorem, & quæ ſeruaretur in practica, in rubr. D. de acquirẽd. hæredi. & Paulus Caſt. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſed ante. D. de leg. i.

*Hæres adiens hæreditatem non facto inuẽtario.*

*Fauor piæ cauſæ hæredis inſtitutæ.*

*Fiſcus adiens hæreditatem abſque beneficio inuentarij.*

*In pijs cauſis tãtum habetur iuris naturalis ratio.*

*Adiens non facto inuentario hæreditatem, præſumitur bona occultaſſe.*

*Eccleſia non debet onerari ultrà quàm accipit.*

Adducit tamen, quod ipſe Bar. ſuper hac re dubitauit, in

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in auth.ſed cum teſtator,in penul.quæſtio. C. ad legem Falcid.propter text.in §.vlt.in auth.de hæred.& Falcid. vbi dicitur ab hac re non excipi,neque Imperatorem,ſi fuerit hæres inſtitutus, neque clericum, aut pupillum,licet pupillus poſſit petere reſtitutionem, propterea reliquit cogitandum. Quin gloſſa ordinaria in d.c.epiſcopus qui filios,12.q.2.aperte uidetur ſentire hoc caſu teneri vltra vires hæreditarias,& apertius gl.in d.c.1.in verbo,practicus,in fi.de teſtam.quam omnes ibi,præter Panor.ſequi videntur,cum hac tamen limitatione,vt ſi læſa fuerit in ea re pia cauſa,poſſit petere reſtitutionem in integrum. Et hanc quoque partem ſequitur Bart.ſibi cõtrarius in d.§.vlti.in fin.per illum textum, & ibi quoque Angelus ſibi contrarius in auth.de hæred.& Falcid. Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio,D.ſi cui plus quàm per legem Falcid.& in §.cauſas,verſi.ſi unum, per illum tex.in authen.vt cum de appella.cog.& Alex.in d.rub.D.de acqui.hæred.ante finem.

*Contrarium in pia cauſa aſſerentes.*

*Limitatio contrariæ opinionis*

## Octuageſimumnonum Priuilegium.

*Repudians debitoris hæreditatem, non tenetur ad onera hæreditaria, adeò ut ne prælegatum quidem ſibi in eodem teſtamento ob id minuatur: ſecus in debitore fiſci, aut eccleſiæ.*

*Repudiãs hæreditatem debitoris.*

OCTVAGESIMONONO, licet alias hæres inſtitutus, qui hæreditatem repudiat, non teneatur ſoluere onera hæreditaria, nec propter id tenetur cedere his quę ex bonis teſtatoris alio titulo percepit,per tex.in auth.vnde etſi parens,C.de inoffi.teſt.ſed nec etiam prælegato,quod per illud teſtamentum ſibi relictum eſt, l.filio pater,& l.ſequen.& l.qui filiabus,§.vlt. D. de leg.1. per l.miles,§.pro parte,D.de leg.2.& l.cum reſpõſo,C. de lega. tamen ſicuti repudians hæreditatem debitoris fiſci propter onera fiſcalia hæreditatis, tenetur nihilominus aut ea onera, & tributa fiſcalia ſoluere, aut cedere his omnibus quæ ab ipſo debitore quocũque titulo adeptus

*Eidem prælegatum in eodem teſtamento.*

*Repudians hæreditatem debitoris fiſci.*

ptus

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ptus eſt, textus eſt nota. in l. hæredes, C. de omni agro de ſer. lib. 11. ſecundum Bar. (ſi is eſt) & Ang. ibi, qui illum textum ad hoc dicunt ſing. ita etiam repudians hæreditatem debitoris piæ cauſæ propter decimas, quæ dicuntur tributa animarum egentium, c. tua nobis, de deci. & c. decimæ, 16. q. 1. fiſcus enim & eccleſia pariter procedunt, l. vlt. C. de ſacroſ. ecc. & §. ſancimus, iuncta gl. in auth. de non alie. Et ideo videtur argumentum de fiſco ad eccleſiam, ſeu piam cauſam firmum, ſecundum gl. in l. ſi procurator, §. vlti. D. de iure fiſc. & in l. vnica, C. de ſen. aduer. fi ſ. lat. retract. lib. 10. cum ſimilib. de hoc ſpeciali loquens Roma. in 15. ſpeciali inter contractus dicit eſſe mirabile & pulcherrimum, niſi id deſtrueret tex. in c. fraternitas, 10. q. 4. Tum hoc nuncupatim ſequitur Iaſon in l. qui filiabus, §. vlt. circa medium. ff. de lega. 1. nulla mentione facta c. fraternitas, & etiam in dicta l. filio, col. 2. adde tamen unum caſum, vbi dicit ſingul.

*Decima tributa animarũ egentium.*

*Fiſcus et eccleſia æquiparantur.*

*Argumẽtũ de fiſco ad eccleſiã.*

## Nonageſimum Priuilegium.

*Legatum annuum perpetuò relictum eccleſiæ, non reſtringitur ad ſpatium centum annorum: in alijs uerò ſecus.*

NONAGESIMO, licet alias legatum annuum factum in perpetuum debeat reſtringi, vt intelligatur ſolũ ad centum annos, vt ſing. voluit Bart. in l. annua, §. Attia. ff. de annu. leg. cum multis concordan. per Alex. conſil. 60. omiſſo multiloquio, per totum, lib. 1. Fallit tamen ubi huiuſmodi legatum eſſet relictũ eccleſiæ, aut piæ cauſæ, quia non finiretur tempore centum annorum, ſed & perpetuò poſtea duraret, ut uoluit Iaſon in l. in annalibus, col. 2. C. de lega. & in l. videamus, §. de terre, col. 2. ff. de in lit. iur. & in l. 2. in prin. in primo not. ff. ſol. mat.

*Legatũ annuũ perpetuum.*

*Legatũ annuũ perpetuò eccleſia relictũ quando finiatur.*

Contrarium tamen tenuit Bar. qui dicit illud, quod dictum eſt, procedere etiam in eccleſia, in l. ſi vſuſfructus municipibus, ad fin. ff. de vſufruct. lega. & Alexan. in dicta l. 2. in prin. etiam in primo nota. ff. ſoluto matrimo. ubi

*Cõtrariæ ſententiæ autores.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ubi ita dicit ſe conſuluiſſe,& obtinuiſſe,licet alii cōſuluiſſent contrarium. Et eſt eius ſententia nūc de eo quod ſupra citauimus,uidelicet conſil.lx.lib.i. ubi eū omnino uideas,& in hanc quoque ſententia fuit Philip. Deciuscōſil.ccclxxviii.uiſo motiuo,ante finem. Tu autē aduerte quòd Iaſon in prædictis locis uidetur non ſolū id quod diximus tenere in eccleſia, ſed & in aliis quoque faciēs differentiam inter annuū legatū perpetuū,& annuum legatum uſumfructum etiam perpetuum,ut illud non finiatur centū annis,hic finiatur. de quo etiā poteris uidere per Soci.in repetitio.§.ulti. l.iii.col. 8.uerſicu.& ex his ego infero, D.ad leg.Falcid.

*Annuus legatus uſusfructus in perpetuum.*

## Nonageſimumprimum priuilegium.

*Legatum annuum relictum pro loco, etiam diruto loco debetur: ſecus in collegio.*

*Legatū annuū relictū collegio finitur collegio diſſoluto.*

*Secus in legato relicto pio loco.*

NONAGESIMOPRIMO, proxime accedit,quòd licet alias legatum annuum factum alicui collegio tādiu ſolum duret,quandiu & ipſum collegium, & ipſo collegio diſſoluto,aut deſtructo finitur legatum, per textum in l. pater.§. Tuſculanus. D. de leg. iii. & uoluit glo.in l. annua.§. Attia. in fi. D. de annuis lega. fallit tamen ubi huiuſmodi legatum eſſet relictū pro loco,ut uoluit Bart. in dicto §.Tuſculanus, cuius uerba & ſentētiam reaſſumpſit Petr.Ancha.in clement.ii.de religio. domib.& conſ. cxcvii ſubtiliter & ad plenum,colum.ulti. idq́; eſt quod pulchre uoluit Bald.in l. hæreditas, in ulti.quæſt. D.de hæredib. inſtituen. quod relinquitur Deo immortali. Ideo legatum factum monaſterio durat,licet deſtruatur monaſterium,& pro eo capiet eccleſia Romana,quæ repręſenta Deum ubique: quod & idē dicit in l.poſt mortem.colum.penulti. uerſicu.ſed pone, teſtator inſtituit uxorem. C.de fideicommiſſ.& pene idem uoluit ipſe Baldus conſil.cccclvii.uiſo teſtamento Ioannis, libro ii.de quo late per Felynum in cap.cum dilecta.colum.penul. & ultima, de reſcriptis.

No-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Nonageſimumſecundum priuilegium.

*Ardor liciti amoris et piæ cauſæ fauor habent uim clauſulæ codicillaris.*

Nonagesimosecvndo, fauor piæ cauſæ habet uim clauſulæ codicillaris, ut ſingu. uoluit Catel. Cotta; uir omni laudis genere dignus (uix enim illũ abſque honoris titulo poſſum nominare) in ſuo memorali, cuius initiũ eſt, amor licitus. in fi. ubi poſteaquã illic in prin. ſcripſit amorẽ licitũ habere uim clauſulæ codicillaris, de quo & nos late ſcripſimus in tractatu noſtro, qui eſt de cauſis minuẽdæ pœnæ, cau. 22. tandẽ in fi. dicit & hoc ampliari, ut procedat etiã fauore piæ cauſæ, propter dilectionẽ animæ, quæ cũctis eſt præponẽda, per l. ſancimus C. de ſacro. ecc. Quo etiã argumẽto de perſona dilecta ad animã, uel piã cauſam utitur Ioan. Bapt. Cacia. in repetit. l. precibus, in char. v. in prima cõcluſione. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. & hoc ante Catel. uoluit. Corneus, quẽ is minime citat, conſ. 307. uidetur prima facie dicendum, colum. v. uerſi. & ſi quis uellet, lib. iii. dicens in multos tenere in l. eam quam. in ſeq. uerſicu. C. de fidicommiſſ. *Fauor piæ cauſæ.* *Amor licitus.*

Nam eſt animaduertendum quòd cõtra hanc deciſione ẽ eſt text. in l. ſi iure. C. de teſtamẽt. manu. ubi ſi teſtamentum iure nõ ſubſtitit, non debentur libertates in eo relictæ, niſi eſſet adiecta clauſula codicillaris. Fauor ergo libertatis, quæ pia cauſa eſt, ut ſæpe diximus, & dicemus poſtea latius. non habet uim clauſulæ codicillaris. Niſi, ut dicit gloſ. ibi, in aliquibus perſonis, per l. in teſtamento. D. de ſideicommiſſ. liber ſcilicet propter magnã earum perſonarũ dilectionem, ut manifeſte declarat ille text. in uerbo, quam pater dilexiſſet, & ponderat gl. ibi, dicens illud eſſe ſpeciale in perſona ſic dilecta, & ita ſoluit cõtrariũ dictæ l. ſi iure. Ex quo facile intelligi põt, in ea l. in teſtamento, duplicẽ fauorem concurrere, ſcilicet libertatis, & ꝑterea magnæ amicitiæ eius, cui libertas relinque *Cõtrarium prioribus.* *Reſponſio.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

linquebatur, nec ſolum libertatẽ ſufficere, per dictã l. ſi iure. Et quod in d. l. in teſtamento, utraque qualitas interueniat, intelligit etiam gl. utranque coniunges in dicta l. eã quam. in uerbo, traditur, C. de fideicommiſ. dũ in ix. fallen dicit eã l. non procedere propter pietatẽ & affectionem, per dictã l. in teſtamento. Et id quoque ex pendit Angel. in repetitio. l. eã quam, colum. 4. uerſicu. addit & quintum. C. de fideicõmiſſ. Et hac fortaſſis ratione Bald. in d. l. ſi iure, dicit dictã l. in teſtamento, & id quod ibi ex ea dixerat, ardorẽ liciti amoris habere uim clauſulæ codicillaris, procedere tantum in cauſa libertatis, uel alterius piæ cauſæ. Quod tamẽ Roma. & alii plerique dicunt indiſtincte procedere, ut late diximus loco nuper alle gato. Et ego haud dubie dicerem non procedere ſolũ in amicitia, per ea quæ diximus. Nã ſi pia cauſa id non efficiat per not. in d. l. ſi iure. multo minus ſimplex amicitia, quia nulla maior eſt amicitia, quàm piæ cauſæ, id eſt animæ, quæ cæteris longe eſt anteponẽda, per dictam l. ſancimus.

*Authoris ſententiæ.*

*Anima cunctis rebus anteponenda.*

## Nonageſimumtertium Priuilegium.

*Qui ad ſcribenda teſtamenta adhibentur, prohibentur aliquod emolumentum, quamuis dictante teſtatore, ipſis futurum ſcribere. Verum prælatus non tantum eccleſiæ, ſed et ſibi in fauorem eccleſiæ poterit adſcribere, nec incidet in pœnam l. Corneliæ, modò res ſit apud eccleſiam remanſura.*

*Tabellio non poteſt ſibi adſcribere in teſtamento.*

*Nec etiam pater filio.*

*Secus in prælato eccleſiæ.*

NONAGESIMOTERTIO, quemadmodum tabellio non poteſt ſibi adſcribere in teſtamento, & ſi id faciat, punitur, nec valet legatum, ut patet per totum titulum, C. de his qui ſibi adſcri. in teſtamen. ita nec poteſt quis alteri adſcribere, ex cuius capite ſibi eſt commodum vſusfructus, vel vſus peruenturum, videlicet pater filio in ſua poteſtate conſtituto, vt eſt text. ſingul. in l. impuberem. §. i. ff. ad legem Corneliam de falſ. Tamen prælatus eccleſiæ, uel piæ cauſæ põt adſcribere ipſi

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ipſi eccleſiæ, aut ſibi in fauorem eccleſiæ, & valet legatũ, nec ponitur, vt voluerũt Hoſtien. Ioan. And. Anto. & recentiores in c. cum inter. per illum text. de re iudi. Rom. ſingul. 349. tu ſcis quòd ſacerdos. Matheſi. qui hoc dicit ſingu. no. 88. nota ſingulare dictum, & nouiſſime Iaſon in l. 1. §. huius ſtudii, col. 3. verſi. tertio limita. D. de iuſtit. & iure. Et hoc ſane intelligito, cũ res ipſa remanet ipſius eccleſiæ, vel piæ cauſæ, & vſusfructus ſiue vſus prælati eſt. Secus ſi res ipſa legatur clerico, qui ſibi adſcribit ad ſuum omnino cõmodũ, quia licet dicatur ꝙ ſit huiuſmodi relictũ pro anima, tamen non valet, nec excuſatur qui ſibi adſcripſit, vt ſingul. cõſuluit Barb. ita limitãs dictum Hoſtien. & aliorum, conſil. 58. clementiſſimi Dei Patris, col. 11. verſiculo, etſi quiſpiam diceret. libro ſeptimo.

*Modo res maneat apud eccleſiam.*

## Nonageſimum quartum priuilegium.

*Eccleſia ſubſtituta non excluditur hac conditione à teſtatore facta, ſi ſine liberis decedat, exiſtentibus filijs naturalibus etiam legitimatis ab imperatore.*

NONAGESIMOQVARTO, licet ſubſtituto à teſtatore facta ſub ea conditione, ſi abſque liberis decideret, euaneſcit relictis etiam naturalibus liberis, per l. ex facto. §. ſi quis rogatus, ſe 1. & ibi Bar. Ange. Imo. Alex. & alii, D. ad Trebellia. & l. cum pater. §. dulciſſimis, & l. Lucius. § vlti. D. de lega. 2. & voluit glo. in cap. in præſentia, in gl. 1. & ibi docto. de probat. cum concord. ibi adductis per Recentiores, fallit tamen, ſi eccleſia eſſet ſubſtituta, quia tunc non excluderetur exiſtentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore, propter dignitatem eccleſiæ, ita nominatim voluit Bal. in d. c. in præſentia, col. penu. verſic. vnum addo. quod dictum ſequitur ibi Fely. qui hoc dicit ſingul. col. 9. verſic. fallit primo, & Philipp. Decius colum. 15. verſic. ſexto.

*Conditio, ſi ſine liberis decedat, nõ comprehendit filios naturales.*

*Secus eccleſia ſubſtituta.*

Tamen contrarium tenet Alexan. in dicto §. ſi quis rogatus,

*Contrarium aſſerentes.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

gatus. colum.v. uerficu. ſexto fallit, poſtquã retulit illud dictum Baldi pro ſingul. dixitq́; àneminе ſe reperiſſe reprobatum, dicit tamen ſe putare non eſſe uerum. Nam licet hoc caſu ſit attendenda dignitas teſtatoris, ut dicit ibi textus in fine, tamẽ nõ reperitur, quòd attẽdatur dignitas ſubſtituti. Sed huic obiectioni reſpondet Decius habens hoc caſu rationem qualitatis nõ ſolũ teſtatorũ. ſed & inſtituit, ſecundum gloſſ. Angel. Imol. & tandem Alexand. in dicto §. ſi quis rogatus gloſſ. & Salycet. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ergo & pariter ſubſtituti: & in eccleſia ſubſtituta agitur de ſalute animæ teſtatoris. & cum anima ſit omnibus rebus anteponenda, per dictam l. ſancimus. conſentaneum eſt, mentem teſtatoris fuiſſe, prout Baldus dicit: & cum res (inquit) dubia uideatur, in fauorem eccleſiæ eſt iudicandum, l. ſunt perſonæ. D. de religioſis & ſumptibus funerum hæc Decius. Tu autem hic omnino uide quæ diximus ſupra in decimoſexto priuilegio, quod longe ab hoc diuerſum eſt: illud enim loquitur de conditione intellecta à lege, hoc de conditione expreſſe appoſita ab homine.

*Reſpõſio ad obiecta.*

*Re dubia in fauorẽ eccleſiæ iudicandum eſt.*

## Nonageſimumquintum priuilegium.

*Subſtitutio ſub hac conditione facta, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, euaneſcit per ingreſſum monaſterij: niſi pia cauſa ſubſtituta ſit.*

NONAGESIMOQVINTO, licet ſubſtitutio facta ſub cõditione, ſi inſtitutus decedat ſine liberis euaneſcat, ſi inſtitutus ipſe ingrediatur monaſterium, tanquam is ſine hærede non uideatur deceſſiſſe: & propterea non ſit locus ſubſtitutionis, ut eſt text. in cap. in preſentia de probatio. hoc tamen fallit, ſi pia cauſa erat ſubſtituta, per text. in §. ſed hoc in præſenti. in authent. de ſanctiſſ. epiſcop. & in authentic. niſi rogati. C. ad Trebel. quia i'linc ſumpta eſt. & ita uoluit glo. ulti. in dicto c. in præſenti

*Hoc priuilegiũ euſdem eſt argumenti cum ſuperiori.*

*Monaſteriũ uicem hæredis obtinet.*

*Aliud in pijs cauſis.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& ibi etiam Anto. Panormita. & Philip. Decius hæc ampliantes vt procedat, etiam ſi locus pius ſubſtitutus non æque eſſet pius, ſicuti monaſterium, quod inſtitutus ingreditur. Et Specul. titul. de ſtatu monach. verſi. 25. & in dicta authent. ſimiliter. in 14. ſpeciali inter vltimas volũtates. C. ad legem Falci. vbi dicit ad hoc ſingul. eſſe text. in dicto §. ſed hoc in præſenti, & Alex. cõſi. 121. viſo themate, colum. 3. verſi. fortificatur hæc ratio, lib. 1. & conſi. 35. ſuper contentis, col. 3. libro. 3. *Eiuſdẽ rei ampliatio.*

## Nonageſimumſextum priuilegium.

*Mora eligendi circa perſonas purgatur uſque ad litis conteſtationem: uerum in pijs cauſis uſque ad tempus quo primum hæres potuit eligere.*

Nonageſimoſexto, licet is qui fuit in mora eligendi circa perſonas, poſsit moram purgare, donec petatur legatum, per l. cum quidam. D. de legat. 2. vbi Barto. colum. vlti. hoc intelligit vſque ad litis conteſtationem, per l. amplius. D. rem ratam haberi. fauore tamen libertatis non poterit moram purgare hæres, qui mox cum potuerit non fecerit huiuſmodi electionem. Text. eſt loquens in libertate in l. penulti. C. de fideicommiſſ. liber. vbi Bal. extendit ad omnem piam cauſam, dicitque eſſe meliore de iure.

*More purgatio circa perſonæ electionem.*

*Litis conteſtatio tempus purgationis moræ in perſonæ electione.*

*Aliud in libertate.*

## Nonageſimumſeptimum priuilegium.

*Executor teſtamenti ad pias cauſas, etiam impedito, currit annus: niſi qualitas aut magnitudo operis impedimento ſit.*

Nonageſimoſeptimo, licet executori teſtamentario impedito non currat annus datus ad exequendũ, per not. per Bar. in l. genero. D. de his qui not. infa. fallit tamen in relictis ad pias cauſas, quia non debet impedimẽ- *Executori teſtamentario impedito non currit annus.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Impedimētū teſtatoris non debet retardare pias cauſas.*

tum teſtatoris pias cauſas retardare, argument. l. ſi quando. C. de teſtament. Et ita expreſſe voluit Bald. in l. vlti. §. ſed & ſi quis, col. 4. verſic. pone quod infra annum. C. commu. de leg. ſed hoc intellige, niſi impedimētum proueniat ex operis inimica qualitate, & magnitudine, quia fortaſſe teſtator iuſſit conſtrui monaſterium, quod non poteſt perfici infra annum, quia tunc & poſt annum durat officium, vt voluit videri. Senen. conſ. 124 alias, 129. quem ſequitur ipſe Bald. in l. id quod pauperibus, col. 3. verſi. venio ad tertium. C. de epiſco. & cleric. vbi ad hoc quædam iura allegat, & idem voluit ipſe Bald. in l. nulli, colum. 2. verſicu. deinde no. C. de epiſcop. & cleric. & Panormit. in cap. nos quidem, colu. 3. de teſtamen. Et bene facit quod dicit Bald. in l. penultī. colum. 2. verſicu. & dico quòd in iſta. C. de donatio.

*Niſi ex difficili operis qualitate prouueniat.*

## Nonageſimumoctauum priuilegium.

*Diſpoſitio pœnalis facta in fauorem piæ cauſæ valet, quamuis impediatur libera teſtandi facultas.*

*Cōuentio pœnalis inualida.*

NONAGESIMOOCTAVO, licet non valeat cōuentio pœnalis, per quam aufertur libera teſtandi facultas, per l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de verbo. obliga. vbi per hoc dicit Bart. & poſt eum Paulus Caſtren. Alexand. & recentiores, quòd ſi teſtator dicat, inſtituo Titium, & ſi contingat me mutare teſtamentum, dono eidē omnia bona mea, *non videtur* huiuſmodi pœnalis diſpoſitio tāquam facta in pœnam mutationis teſtamenti, ad auferēdum liberam teſtandi facultatem. Id quod etiam voluit, & quidē latius, idem Bar. in l. ſi quis teſtamento. D. de lega. 3. cum concordan. adductis per recentiores in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & per Alex. conſi. 25. *viſo teſtamento*, colum. penulti. & vlti. lib. 3. fallit tamen vbi talis diſpoſitio eſſet facta in fauorem piæ cauſæ. Quod & ſi poſt longam diſpoſitionem indeciſum relinquerit Bal. in c. 2. titu. de feud. dat. in vic. leg. communi. hoc tamen

*Exemplū pœnalis cōuentionis.*

*Cōuentio pœnalis in fauorem piæ cauſæ.*

aſſeue-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

aſſeueranter affirmat Iaſon in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 3. verſic. circa iſtam quæſtionem, & motus quibuſdam ſimilibus, quæ poſtea his, ſubiiciã, & ea iam ſæpius dicta ratione, quòd in dubiis tenenda eſt opinio, quæ fauet piæ cauſæ, vt etiã poſtea dicemus. Sed & hoc in propriis terminis tenuit Bal. ipſe, quem Iaſon non allegat, in c. in præſentia, col. penul. verſi. ex hoc pono talem concluſionem. de probatio.

*In dubijs opinio, quæ fauet piæ cauſæ, ſeruanda.*

## Nonageſimumnonum priuilegium.

*Res hoſtium piæ cauſæ legata, aut donata ſub conditione, ſi in noſtram peruenerit poteſtatem, indiſtinctè debetur.*

NONAGESIMONONO, licet dubium ſit, an quod hoſtiũ eſt, poſſit legari, vel donari ſub conditione, ſi noſtrum eſſe cœperit. Nam quòd poſſit, tenent Barto. & alii in l. id quod apud hoſtes. D. de lega. i. & idem Barto. in l. l. ber homo. la i. D. de verbo. obliga. Contrarium autem tenet Ang. ibi, tamen prior opinio haud dubie procedit, cum legatur, aut donatur piæ cauſæ, per textum loquentem in libertate, in l. generaliter. §. hoſtium. D. de fideicommiſſ. libert. & alium textum loquentem in hoſpitali, in c. abbate ſane, & de re indi. lib. 6. quem ita expendit Iaſon in d. l. id quod apud hoſtes, colum. penulti.

*An res hoſtium poßit legari ſub conditione, ſi noſtra eſſe cæperit.*

*Quid in pijs cauſis.*

## Centeſimum priuilegium.

*Donatio omnium bonorum tam præſentium quàm futurum facta piæ cauſæ, non eſt contra bonos mores, nec impeditur, modo donationis effectus principaliter dirigatur in piam cauſam.*

CENTESIMO, licet non valeat donatio omniũ bonorũ præſentium, & futurorum, valet tamẽ ſi fiat piæ cauſæ, vt voluit Bart. ſubdubius tamen, in d. l. vlti. colu. vlti. & ibi Fulgo. & Iaſon colum. penul. C. de pact. Bald. in authen. ſi qua mulier, colum. vlti. verſicu. ſexto not. & iterum in authent.

*Donatio omniũ bonorũ præſentium et futurorum nõ ualeat. Niſi fiat piæ cauſæ.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

authent. ingreſſi. colum. 4. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. i. in lectu. antiqua. D. pro ſocio. & dicto cap. in præſentia, colum. penulti. verſicu. pone offero monaſterio, & ibi etiam Panormi. in quinto not. vbi hoc reputat ſing. Fely. colu. 4. Decius qui hanc dicit eſſe communem opinionem, colum. etiam 4. in 7. not. de probatio. Panormit. in c. vlti. in primo nota. de ſucceſſ. ab inteſta. vbi & hoc facit ſingul. & in c. 2. de conceſſ. præbend. & in c. vt priui legia. de priuileg. & conſi. 102. circa perſonarum & bonorum oblationes, colum. 2. lib. 2. vbi dicit ita conſuluiſſe Cardin. Florent. & Maria. in tractatu oblationum, in decimo libello, in i. q. Alex. conſi. 52. in cauſa & lite, col. 3. verſic. ſecundo, quia etiam ſi dictum, lib. 6. Bened. Capra conſ. 147. in nomine Domini, cum vt preſupponitur, colum. 2. in fine, & Iaſon in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta colum. 3. verſic. circa iſtam quæſtionem. D. de verbo. obligatio.

*Rationes huius opinionis.*

Mouentur ij per textum in l. iubemus nulli. in princip. ibi, patrimonium ſuũ partemve certã patrimonii. Item quia poteſt quis pio loco ſe & ſua donare, vt in authent. ingreſſi. & authenti. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccle. & d. c. in præſentia, de probatio. & c. ſi qua. & c. quia ingredientibus. 19. q. vlti. Et id procedit, etiam ſi non efficiatur monachus, per textum in d. c. vlti. iuncta glo. i. & voluit glo. in c. vt lex continentiæ, in verbo, profeſſi. 27. q. i. ergo multo fortius poterit donare ſua ſine ſe, per c. cui licet. de regu. iur. lib. 6. Præterea voluntaria paupertas propter Deum etiam ſtatu ſeculari non mutato, non eſt à iure reprobata, imo ab ipſo Chriſto Saluatore & magiſtro noſtro multum cõmendata, dum dicit Mar. & Lucæ 12. Si vis perfectus eſſe, vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & alibi, Qui non renuntiauerit omnib. quæ poſſidet, non poterit eſſe meus diſcipulus. Hinc olim in eccleſia primitiua tẽpore Apoſtolorum omnes conuerſi ad fidem Chriſtianã, ſiue clerici, ſiue laici, vendebant omnia, & ponebant ante pedes Apoſtolorum, vt not. glo. in ſumma, 12. q. i. & eſt textus

*Poteſt quis donare ſe et ſua eccleſiæ.*

*Etſi nõ fiat monachus.*

*Volũtaria paupertas propter Deum.*

*Quis uere dicatur perfectus.*

*In primitiua eccleſia omnes cõuerſi ad fidem uendebant omnia.*

ibi, in

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ibi, in c. 2. Porro quicquid donatur eccleſiæ, dicitur Deo conſecrari, & ad diuinos vſus deputari, c. nulli liceat. 12. q. 2. & c. mancipia. & c. ſequen. de rerũ permuta. Non ergo debet talis donatio improbari, cũ omnia Dei ſint. c. tua. de deci. & ſic talia bona donata redeunt ad ſuã nãm.

*Quicquid donatur eccleſiæ, cẽſetur Deo conſecrari.*

*Contrariæ opinionis authores.*

Contrarium tamen tenuit Ang. conſi. 170. verſicu. prę dictis inſtrumentis, colum. 5. verſic. & ex prædictis infero, & iterum cõſi. 365. quædam domina retulit, & in ſua diſputatione. incip. in refulgenti palatio, & Petrus Anchara. conſi. 231. de primo dubio, & Panormit. ſibi cõtrarius conſi. 48. Auguſtinus, colum. vlti. lib. 2. Roma. in dicta authent. ſimiliter, in 2. ſpeciali, circa contrarius, & in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum. 22. & ibi quoq; Alexand. qui hanc partem ſequi videtur, colum. antepe. verſicu. quæro vtrum donatio.

*Rationes eorundem.*

*Donatio omniũ bonorum eſt cõtra bonos mores.*

Horum præcipua ratio eſt, quia per huiuſmodi donationem aufertur libera teſtãdi voluntas, & ita eſt turpis, & contra bonos mores. Ideo in eccleſia multo minus debet valere quàm in aliis, cum eccleſia ſit cultrix iuſtitię. c. 1. §. 1. titu. de alie. feud. & actus turpis in eccleſiaſtico magis deteſtatur. §. cogitandum. in authent. de monach. Nec obſtat (inquiũt) textus in d. l. iubemus nulli. quia loquitur in donatione ſimplici omnium bonorum, quo caſu veniunt tantũ præſentia, & nõ futura. l. ſi ita. D. de auro & argen. lega. Nec etiã obſtat dictũ, quòd quis poteſt dedicare ſe & ſua, quia ideo illud eſt, quia bona veniunt in conſequentiam perſonæ, quia eo ipſo ꝙ quis dedicat perſonã ſuã monaſterio, bona confeſtim veniunt, etiã ſi de illis nulla fuerit facta mentio, per iura ſupra allegata. Et multa veniunt in conſequentiã, quæ principaliter fieri non poſſent. l. quædam. D. de acquiren. rerũ dominio. l. in modicis. D. de contrahend. emptio. & not. gl. in c. querelam. de ſimo. cum ſimilib. Et hinc videmus quòd licet minor vigintiquinque annis habens curatorem non poſſit alienare bona immobilia ſine decreto iudicis. l. magis puto. §. nõ paſsim. D. de rebus eorũ qui ſub tut. l. lex quę tutores. C. de adminiſtratio. tuto. tamẽ ingrediendo mo

*Eccleſia cultrix iuſtitiæ.*

*Actus turpis in eccleſiaſtico maxime deteſtandus.*

*Reſpõſio ad obiecta.*

*Bona veniũt in conſequẽtiã perſonæ.*

*Multa veniunt per conſequentia quæ principaliter fieri nõ poſſunt.*

*Minor vigintiquinque annis non poteſt alienare immobilia ſine decreto iudicis.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Niſi per conſequentiam ingrediendo monaſterium.*

naſterium in conſequentiam ſuæ perſonæ omnia ſua bona dedicat, etiam citra decretum iudicis, vt voluit Cyn. in dicta authenti.ingreſſi.& Cano.in dicto cap.in præſentia, vbi eſt bonus textus.

*Refutatio contrariæ opinionis.*

*Aliter iudicantur boni mores de iure ciuili, quàm de iure Canonico.*

Sed ad iſta reſpondet qui priorem ſententiam ſequũtur. Primum, quòd licet inſpecto iure Ciuili dicatur huiuſmodi donatio eſſe contra bonos mores, non tamẽ inſpecto iure Canonico, quia aliter iudicãtur boni mores ſecundum ius Ciuile, aliter ſecundum ius Canonicum, vt declarat Baldus de huiuſmodi aut ſimilibus pactis in l.pactum dotali.in 29.quæſtio.C. de collatio.& Imol. in cap.cum contingat,colum.18.de iureiurand.& bene facit text.in c.2.de pact.lib.6.& in cap.licet, de iureiuran. eodem lib.6.ex quibus liquide apparet, quædam eſſe de iure Ciuili reprobata,quia ſunt contra bonos mores,nõ tamen de iure Canonico. Ex quo etiã fit,vt de iure Canonico valeat iuramentum de non mutando teſtamẽto, licet tollat libertatem teſtãdi,vt per Ioan. Andr.in regu. quod ſemel.de regul.iur.lib.6.Imol.in dicto c.cum contingat,& in dicto c.dilecto.in i.char.de præbend.& Salycet.in l.ſancimus.C.de teſtamẽt.cum ſimilib. Quod perſpicue nobis demõſtrat,Canones nihil curare de huiuſmodi moribus, alias enim tale iuramentum nõ eſſet obligatorium.c.non eſt obligatorium de regul. iur.lib.6.

*Quædã de iure Ciuili in probata, quæ nõ ſunt iure Canonico.*

*Iuramentum de non mutando teſtamento ualet de iure canonico.*

*Reſponſio ad d. l.iubemus.*

*Patrimoniũ eſt nomen uniuerſale.*

Ad reſponſum quod datum ad dictam l.iubemus, dicunt nõ poſſe intelligi de bonis præſentibus tantum,quia patrimonium, de quo ea lex loquitur, eſt nomen vniuerſale, ſicuti vniuerſitas,& peculium.l.ſi peculium. D.de pecul. & l.nam quod.§.vltimo. D.ad Trebellia.& propterea etiam futura comprehendit. Præterea niſi ille tex.de futuris etiam intelligeretur,nihil ſpecialitatis pro eccleſia introduceret,& ideo eſſet ſuperfluus.

*Confirmatio cõtrariæ opinionis.*

*Reſponſio ad obiecta.*

Aduerte quòd ad dictam l.iubemus, quæ præcipuum eſt fundamentum primæ partis, & ad reſponſiones quas proxime attulimus ad ſolutionem aduerſariorum, facile reſpõderi poſſet,& quidem multis modis.Primum,quia ſub nomine Patrimonii,non ueniunt omnia,nam actiones

nes

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nes non concluduntur, l. cum pupillus. ibi, non ſolũ quæ habet in patrimonio, ſed etiã quæ in nominibus ſunt. D. rem pupil. ſal. for. & iura in contrarium allegata procedũt in ultima uoluntate. Itẽ textus ille non loquitur ſimpliciter de patrimonio, ſed cum adiectione, ſcilicet, quod eſt in bonis, dũ dicitur, patrimoniũ ſuum, certamve partẽ patrimonii in fundis, prædiis, ſeu domibus, &c. & ſic ponitur ibi patrimoniũ, pro bonis extantibus. Præterea poteſt dici, quòd id quod dicit de patrimonio, refertur ad id, quod ſupra dixerat. Sed quocunque ſe modo res habeat, non poteſt omnino patrimoniũ, ſi capiatur pro hæreditate, referri ad donationem: quia contractu nõ datur hæreditas. l. hæreditas. C. de pac. cõuen. Denique ſi bene cõſideretur ille tex. nihil, aut parum ad hanc rẽ facit, de qua diſſeruimus. Non. n. ibi quæritur, nec dubitatur de donatione facta eccleſiæ: ſed illud ibi principaliter ſtatuitur, nullo modo bona eccleſiarũ alienari poſſe. Vult enim ea lex acquiſitionẽ factã eccleſiæ de patrimonio toto, uel de eius parte per ultimã uoluntatẽ, donationẽ inter uiuos, aut alias quocũque titulo, incõcuſſam eſſe, & ſine ulla diminutione cõſeruari. Quæ uerba, inconcuſſa ſint, & ſine diminutione, reſpiciũt reſolutionẽ contractus, & præſupponunt donationẽ ualidã præceſſiſſe, & ibi alienatio prohibetur ad hoc, ut res conſeruetur ſecundũ uoluntatẽ illorũ, qui eccleſiæ donauerunt. Igitur per illum textũ dici non poteſt ualere donationẽ factam eccleſiæ, eo caſu, quo non ualeret facta priuato, quia ibi de hoc nõ agitur, ſed præſupponitur, quòd erat facta donatio ualida, quod eſt intelligendũ prout iura diſponũt.

*Actiones nõ cõtinetur appellatione patrimonij.*

*Contractu non datur hæreditas.*

*Intellectus d. l. iubemus.*

Tamẽ quia prima opinio eſt communior, & fauet piæ cauſæ, eam ſequor, & ſequendam eſſe cenſeo: cum ea tamẽ limitatione; vt procedat, cũ donationis effectus principaliter dirigitur in piã cauſam, quia fit eccleſiæ, uel piæ cauſæ: ſecus ſi principalis effectus dirigitur in priuatum, tamen in quandam conſequentiã cedit cõmodo piæ cauſæ. Verbi gratia, ſi quis donaret Titio omnia bona ſua præſentia, & futura, cũ eo onere, ut teneatur facere eleemoſynas,

*Author adhæret priori opinioni.*

*Modò principalis effectus dirigatur in piam cauſam.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

moſynas, tunc enim non valet, vt voluit Panormit. dicto conſilio 48. col. vlt. verſicu. non obſtat ſecundum libro ſecundo.

## Centeſimumprimum priuilegium.

*Quamuis donatio inter contractus bonæ fidei non annumeretur, fauore tamen piæ piæ cauſæ latiſsimè interpretanda eſt.*

*Donatio vltra naturam contractus non extenditur.*

*Niſi ad pias cauſas.*

CENTESIMOPRIMO, licet alias donatio ſit ſtricti iuris, nec vltra naturam verborum extendatur, vt dicit Bal. conſi. 50. in primis videndum eſt, poſt medium, lib. 4. per l. quicquid aſtringendæ, D. de verb. ob. & Pau. Caſt. conſ. 347. quia circa, col. vlt. lib. 1. & eſt bonus tex. in l. eum qui, D. de donatio. tamen fauore piæ cauſæ latiſſima interpretatio fieri debet, vt conſil. Bal. 107. quod iſta donatio, ante fin. lib. 2. per tex. in l. locus, in princip. D. de vſufruct. & l. ſunt perſonæ, D. de relig. & ſumpti. funer. & in §. illud, in authent. conſtitut. quæ de dignitatibus.

## Centeſimumſecundum priuilegium.

*Res alienari prohibita poteſt nihilominus in piam cauſam alienari.*

*Res ſubiecta reſtitutioni nõ poteſt alienari.*

*Niſi in piã cauſam.*

CENTESIMOSECVNDO, res ſubiecta reſtitutioni, & quæ ob id alienari non poteſt, per authen. res quæ, C. commun. de leg. poteſt tamen in piam cauſam alienari, vt voluit Angelus in l. quidam ita teſtamento, §. vltimo, D. ad Trebellianum, vbi dicit, quòd illa autht. excipiens caſum dotis, habet locum in quacunque pia cauſa. Id quod plerique extendunt, ſi ea res ſit reſtituenda eccleſiæ, aut alteri piæ cauſæ. Ita voluit Baldus in dicta authen. res quæ, colum. 1. et ibi etiam Corneus, colum. 2. et Iaſon colum. 9. verſi. duodecimo extende, & Roma. conſi. 297. circa id de quo quæritur, an res.

Cen-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

## Centeſimumtertium Priuilegium.

*Pro redemptione captiuorum, aut alia pietatis cauſa, res eccleſiæ alienantur.*

CENTESIMOTERTIO, licet res eccleſiæ alienari non poſſint, vt per totum tit. de rebus eccl. non alie. poſſunt tamen in cauſam pietatis, vt pro redẽptione captiuorum, vel eleemoſyna pauperum, per textum in c. aurum. 12. q. 2. per quem ita dicit Bal. conſi. 368. factum tale eſt ſuper quo, verſicu. ſecundus caſus, lib. 3.

*Res eccleſiæ non alienantur: Niſi in cauſam pietatis.*

## Centeſimumquartum priuilegium.

*Feudum de iure Canonico in piam cauſam poteſt alienari: ſecus de iure Feudorum.*

CENTESIMOQVARTO, licet feudum regulariter alienari, aut legari non poſſit, vt per totum titu. de prohi. feu. alien. ac nec pro anima quidem ſecundum cõſtitutiones feudorum, c. 1. §. donare, titu. qual olim pot. feud. alien. tamen hoc non procedit de iure Canonico, ſecundum Hoſtien. qui ita tenet per quindecim argumẽta, & rationes in ſumma titu. de immuni. eccl. §. inquantum, verſi. ſed nec illa, id quod dicit ſin. & perpetuò mẽti tenendum Rom. ſingul. 529. tu ſcis quòd uaſallus, ubi hoc dicit ſe neſciuiſſe, cùm repeteret authent. ſimiliter, C. ad legem Falcid. Sed & hoc idem tenet Specul. tit. de feud. §. i. verſi. 19. & Anto in cap. vlt. de immunita. eccl. Cald. tit. de feud. conſi. x. an feudatarius, & ipſe Rom. cõſi. 199. præſens ſtatuti particula, in fin. Sed tu ſuper hoc vide Fely. in c. inter dilectos, col. 8. verſi. in glo. in verbo, conferebat. de fide inſtru.

*Feudũ regulariter non poteſt alienari. Ne pro anima quidem. Aliud de iure Canonico.*

## Centeſimumquintum priuilegium.

*Contra bonos mores eſt paciſci de hæreditate uiuentis. Quod an in militie et pijs cauſis obtineat, hic diſputatur.*

CENTESIMOQVINTO, licet alias non ualeat pactũ de ſuccedẽdo, per tex. in d. l. vlt. C. de pac. tamẽ cum

*Pactum de ſuccedendo inualidum.*

inter

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Secus inter milites.* *Et in pijs cauſis.* *Argumētum de militibus ad pias cauſas.*

inter milites ualeat, per l. licet inter priuatos, C. eodem tit. ualebit etiam fauore piæ cauſæ, ualet enim argumētū de uno ad alterum, ut per gloſſ. in l. ſi ut proponis. C. de rei uendic. & in c. apoſtolicos. xii. quæſt. ii. Et ita in ſpecie tenet Bald. in dicta l. ulti. colum. penulti. uerſi. uenio ad ſecundam. C. de pact. & idem Alexand. in l. pactum. colum. ii. uerſicu. tertio fallit. C. de pactis. & conſi. cliii. in cauſa & lite, colum. iii. uerſicul. ſubdo etiā. libro 6. & Soci. conſil. xlix. uiſo inſtrumento mandati, colum. ii. uerſi. pro hoc adduco. lib. iiii. Calca. conſi. xiii. pro parte negatiua, col. iii uerſicul. quinta. & idem Barbat. conſi. xlii. clementiſſium Deum, colum. iiii. lib. i. Iaſon in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. iii. D. de uerborum obligatio. & Fely. in cap. in præſentia, colu. xxii. in 4. quæſt. de proba. & Geor. Nat. in repetit. c. quāuis. de pac. lib. 6.

*Contrarium aſſerentes.* *Non ualet argumentū de milite ad paganum teſtantem ad pias cauſas.*

Contrariū tamen uoluit Baldus ſibi contrarius in l. i. in lect. colu. ulti. uerſicu. iuxta hoc quæro. D. de ſacroſ. eccle. ubi dicit expreſſe per dictam l. licet inter priuatos, quòd non habeat locum in pia cauſa. Nā non eſt bonū argumentum de milite ad paganum teſtantē ad pias cauſas, nullo enim iure probatur iſta æquiparatio, ſeu ſimilitudo, ideo debemus ſtare regulæ, ut not. in l. omnis diffinitio. D. de regul. iur. & facit quod not. in l. teſtamento domini, D. de hæredib. inſtituen. Nam in milite propter publicā vtilitatē, ſunt ſpecialiter ſtatuta quæ nō ſunt trahenda ad conſequentiam in non militem. Et hanc partē ſequitur Rom. nulla Bal. in dicta l. i. mentione facta in repetitio. dictæ authen. ſimiliter, in vii. ſpeciali inter cōtractus. C. ad legem Falcid. hanc quoque rationē adducēs,

*Non ualet pactum de ſuccedēdo inter patrem et filium.* *Magis fauetur filio quātum ad legitimā, quàm piæ cauſæ.*

quia non ualet huiuſmodi pactum factum à patre filio, per dictam l. pactū quod dotali. C. de pact. Ergo multo minus uidetur factum piæ cauſæ: multo enim magis fauetur filio, quantum ad legitimā, quàm piæ cauſæ, per not. in l. ſi quis ad declinandā. C. de epiſcop. & cleri. cū ſimi. Nec obſtat (inquit) dicta l. licet inter priuatos, quia ibi dicitur ualere inter cōmilitones pactum de ſuccedēdo ſibi inuicem, quod quidem pactū nō poteſt cadere inter priuatum

uatum

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

natum & eccleſiam: cum eccleſia nunquã moriatur, nec propterea poſſit habere hæredem, c. libertos. xii. quæſt. ii. & c. ſi gratioſè. de reſcript. lib. vi. nec ibi agitur de pacto ſimplici, ut alter alteri tantum ſuccedat, de quo nũc agimus. Et in hanc quoque partẽ uidetur inclinare Soci. in d. l. pactum quod dotali. C. de pac. vbi mouetur his rationibus quòd tale pactũ uidetur etiã lege Canonica eſſe improbatũ, tanquã cõtra bonos mores, per c. deteſtanda. & c. ne captandæ. de conceſſ. præbend. lib. 6. diſpoſitiones autẽ ad pias cauſas ligantur lege Canonica. c. relatũ. de teſtamẽ. & hoc confirmat, quia iuramẽtum, quod dicitur eſſe quid ſpirituale, omnino eximitur a iuriſdictione legis Ciuilis. ut traditur in c. cum ſit generale. de foro cõpeten. & tamen iuramentum appoſitum ſuper tali pacto non debet ſeruari tanquam contra bonos mores, per c. nõ eſt obligatorium. de regul. iur. lib. 6. & tenent bar. & cõmuniter omnes in d. l. pactum. Item milites non ligantur lege Ciuili in dubio. l. i. D. de teſtam. milit. & tamen inter eos non ualet illud pactũ, niſi ſit reciprocum, per dictã l. licet inter priuatos. Sed & in hanc ſententiã inclinat Soci. in dicta l. licet inter priuatos, colum. i. in quarto notab. ea ratione, quòd ea lex nõ pòſſit extendi ad eccleſiã, cũ loquatur quando perſona diſponens erat actiue priuilegiata, quia miles: eſtque perſona, in quã diſponitur, priuilegiata, quia eſt aliter miles, quod nõ eſt in hoc caſu: quia licet eccleſia, in quã diſponitur, ſit priuilegiata, nõ tamẽ is qui diſponit. Sed tu omnino uide Philippum Decium ibi, in tertio notab.

*Eccleſia nunquam moritur.*

*Pactum de ſuccedendo etiã in pÿs cauſis iure Canonico reprobatum.*

*Diſpoſitiones ad pias cauſas ligantur lege Canonica.*

*Etiã iuramentum.*

*Iuramentum appoſitũ ſuper pacto de ſuccedendo non eſt obligatorium.*

*Milites nõ ligãtur lege Ciuili in dubio.*

*Pactũ de ſuccedẽdo nõ ualet inter milites, niſi ſit reciprocum.*

## Centeſimumſextum Priuilegium.

*Sola appellatio hæredis etiam in contractu, uel alio actu inter uiuos, habet uim diſpoſitionis ad pias cauſas.*

CENTESIMOSEXTO, licet alias hæreditas non poſſit alteri dari per contractum inter viuos, l. hæreditas

*Contractu non datur hæreditas.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Niſi piæ cauſæ detur.*

*Aut appellet tã tũ hæredẽ piam cauſam.*

tas. C. de pact. conuent. tamen non ſolũ dari poteſt piæ cauſæ, ſed & ſi quis in contractu, uel in alio actu inter ui uos appellet hæredem piam cauſam, cenſetur illam face re hæredem, & in ipſam ſupremum contuliſſe iudicium per huiuſmodi appellationem, Ita uoluit Barto. in l. tale pactum. §. ulti. & ibi Bald. in lectu. antiqua, & Alexan. & Iaſon colum. ii. & iii. D. de pactis, per illum textum, & in cap. ulti. de ſucceſſ. ab inteſta. Alex. in dicta l. licet inter priuatos. & in l. pactũ dotali. C. de collatio. & dicto cõſi. clii. col. iii. uerſicu. ſubdo etiam, libro ſexto. ubi hoc dicit ſingu. & Barbat. qui hoc reputat ſingul. in repet. l. cũ acu tiſſimi. col. xxxviii. C. de fideicommiſſ.

*Cõtrarium ſen tientes.*

Contrariũ tenent Angel. Fulgoſ. & Paulus Caſtrenſ. in d. l. tale pactum. §. ulti. Angel. in l. epiſtola, in princip. D. de pact. Roma. in dicta authẽti. ſimiliter, in ſexto ſpe ciali, inter contractus, ubi tamen dicit, quòd dictum Bar. quod dicit ſingul. forte ſeruaretur in practica, licet non ſit uerum, & iterũ in ultimo ſpeciali, uerſicu. ſecundo in quantum. Paul. Caſtren. & Anto. de Butr. Alexand. in dicta l. pactum dotali. C. de collatio. Sed illorũ rationibus ſatis reſpondet Iaſon in d. l. tale pactum. §. ulti. quem ui de, quanquã is de hoc dubitet in l. licet inter priuatos. colum. ii. C. de pactis.

## Centeſimumſe ptimum Priuilegium.

*In contractu ad pias cauſas transferetur dominium ſine traditione. Ideoq́; re prius piæ cauſæ uendita præfertur emptori, cui priori tradita fuit. Idem ſi ipſa eccleſia duobus uendiderit.*

*Sine traditione non transfertur dominium.*

*Niſi ĩ cõtractu ad pias cauſas celebrato.*

CENTESIMOSEPTIMO, licet alias ex contractu non tranſeat dominium ſine traditione, l. traditionibus. C. de pactis. l. ſi ager. D. de rei uendicatio. cum ſimil. fallit tamen in pia cauſa, in quam etiam ex ſolo contractu trans fertur dominium ſine traditione, per textum in l. ulti. & ibi late don. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. i. & ibi gloſſ. & doc. C. de donatio. quæ ſub mod. & not. in c. ii. de con

ſuetud.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſuetud. Bal. conſil. lxxxvi. circa prædicta, lib. v. & alibi ſępe. Ex quo & illud ſequitur, quòd licet alias re duobus uendita potior ſit cui prioris res tradita eſt, per l. quoties. C. de rei uendic. fallit tamē ſi prius fuerit uendita piæ cauſæ, quia tunc præfertur alteri emptori, cui fuit prius tradita, ut pote cui iam ex contractu fuit translatum dominium, & ideo ceſſat ratio dictæ l. quoties. ita voluit gl. in d. l. ult. in uerbo, in rem. C. de ſacroſ. eccl. quæ id dicit procedere. etiā ſi fuerit alteri eccleſiæ poſtea uendita, & prius eidē tradita. & ibi ſequuntur Barto. & alii, & gloſ. in l ſiue autē. §. ſi duobus. & ibi Bal. & Ang. D. de Publicia. in rē actio. omnes docto in dicta l. quoties. Ioan Andre. & plerique omnes in c. cōtinebatur. de his quæ fiūt à præla. Bald. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.

*Re duobus uendita, potior eſt, cui priori res tradita eſt.*

*Niſi prius ſit uendita piæ cauſæ.*

*Idem ſi alteri eccleſiæ poſtea ſit uendita, re prius eidem tradita.*

Sed quid quādo eccleſia, uel pia cauſa uendit duobus, & poſteriori emptori prius tradit? uter erit potior? Hoſt. & Io. An. in d. c. cōtinebatur, dicunt eū eſſe potiorē, cui prius fuerit uēdita, nō cui prius tradita, & ſequitur Imo. in c. illuſio. in primo notab. de renutia & Ro. in d. auth. ſimiliter, in xii. ſpeciali, circa cōtractus, & conſil. 293. circa præmiſſam dubii conſultationē. Sed hoc repræhendunt Anto. Cardi. Flo. Petrus Ancha. Imo. ſibi contrarius, & Panormi. in dicto c. continebatur. Iaſon in dicta l. ulti. colum. pen. C. de ſacroſanct ecc. & latiſſime in dicta l. quoties, col. v. uerſicu. ſeptimo principaliter, ubi omnium utrinque rationes, & fundamenta ſigillatim adſcribit.

*Quid ſi eccleſia uendit duobus, et poſteriori prius tradit.*

*Potior eſt, cui prius res fuit uendita.*

*Contrariū aſſerentes.*

## Centeſimumoctauum priuilegium.

*Quicquid calore iracundiæ geritur, irritum eſt; niſi in fauorem piæ cauſæ geſtum ſit.*

CENTESIMOOCTAVO, licet non ualeant obligationes, & contractus facti calore iracundiæ, lege quicquid calore. & ibi Dom. Bartolus, D. de

*Cōtractus facti calore iracundiæ, inualidi.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Niſi facti ſint in fauorem piæ cauſæ.*

D. de regu.iur. fallit tamen obligatio fieret in fauorem piæ cauſæ,per tex.notab. in cap. ſunt qui opes, 17.q.4. quam ita ponderat Rom.qui & ſing.310.incip.volo cõmutare,poſt princ.& Fely.in c.ſi cautio, col.3.in 2.fallen.de fide inſtrum. & ante vtrunque glo. quam neuter allegat,in c.ſi quis iraſcitur,13.q.2. Tu tamen hic omnino vide glo. Ioan.And.Ant.& Panormi.in c.dudum, de conuerſ.coniug.& omnino Philip.Dec.in dicta l. quicquid,D.de reg.iur.& Iaſon, in l.pater filium, col.2.D. de inoffi.teſtam.& Diuum Thomam 2.2.q.vltima,articulo vltimo.

## Centeſimumnonum Priuilegium.

*Nulla conſiſtit obligatio ſine cauſa. At in diſpoſitione ad pias cauſas fauor ſupplet uicem cauſæ.*

*Obligatio ſine cauſa inualida eſt. Etiã promiſſio et confeſſio. Niſi fieret ad pias cauſas.*

CENTESIMONONO, licet non ualeat obligatio, promiſſio, ſiue confeſſio ſine cauſa, l.cum de indebito, §.vlt. De probatio.l.2.§.circa, D.de dol.mal.& met.except. fallit tamen vbi fieret in fauorem piæ cauſæ, quia is fauor ſatis eſt pro cauſa,vt not. voluit Panorm.in dicto c.ſi cautio,colum.2.in fi. & ibi poſt eum Fely.col.3. in 2.fallen.de fide inſtrumen.argumen.c.vlt. de ſucceſſ. ab inteſta.

## Centeſimumdecimum Priuilegium.

*Fideiuſſor obligatio eſt ſolennis, et pendet ex uerborum obligatione: niſi in piæ cauſæ fauorem fideiuſſio facta ſit.*

*Fideiuſſor tãtũ obligatur ex ſtipulatione. Nec ueſtitur ex cohærẽtia cõtractus.*

CENTESIMODECIMO, licet fideiuſſor non poſſit obligari, niſi ex ſtipulatione, per l.ſtipulationũ aliæ, §.ſatis acceptio.& ibi Dec.de verb.ob.ita ꝙ ẽt nõ veſtiatur ex cohærẽtia cõtractus, ſi nõ interueniat ſtipulatio, vt dicit not.Bal.in ex placito,col.17.C.de re.per.& ĩ l.ſi

tibi.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tibi. C. loca. & in l. petens, colu 12. C. de pact. idq; etiam de iure Canonico, ſecundum Bal. in c. 1. colum. vlti. verſi. pactum nudum, de pact. limitans textũ illum procedere in ſtipulatione. quod etiam dicit ſingul. Iaſon in l. iuriſgentium. §. quinimo. in primo notab & in 5. fallen. D. de pact. & in l. lecta. col. vlti. D. ſi cer. pe. Tamen non procedit, cum fieret in fauorem piæ cauſæ, per textum loquentem de dote in l. vlti. in verbo, pollicitatione, vbi Bald. not. C. ad Velleia. Roma. Alexan. Franciſ. Are. & Iaſon, qui trahit ad omnem piam cauſam in dicto §. ſatis accepto. Idem Roma. in d. authen. ſimiliter in quarto ſpeciali. contractuum, & Carel. Cott. qui hoc dicit ſingu. in memor. incip. fideiuſſor hoc obligatur.

*Etiã de iure Canonico.*

*Niſi in fauorẽ piæ cauſæ accedatur ſit.*

*Fauor dotis.*

*Extenſio ad omnem piam cauſam.*

## Centeſimumundecimum priuilegium.

*Ex ſimplici et nudo pacto fauore piæ cauſæ efficax naſcitur actio.*

CENTESIMOVNDECIMO, generalius, licet alias non valet nudum pactum, nec actionẽ pariat de iure Ciuili, iuribus vulgatiſſimis, fallit tamen fauore piæ cauſæ, per textum loquentem in dote, & ibi Bald. videlicet in l. ad exactionẽ. C. de dotis promiſ. Et ſic voluit in omni pia cauſa Roma. in dicta authen. ſimiliter, in quarto ſpeciali, inter contractus, & in l. ſi fideiuſſor. §. vlti. D. qui ſatiſda. cog. & Soci. in dicta regu. 310. etiam in quarto priuilegio, & Calca. conſi. 13 pro parte negatiua, colum 2. verſicu. ſecundo quia fideiuſſor, & Fely. in c. 1. colum 6. verſicu. octaua declaratio, de pact. Sed & de hoc eſt bonus tex. in l. ſi quis argentum. §. vlti. C. de donatio. vbi & hoc not. Bal. qui ad hoc quoq; allegat l. ſi tibi dederim rem, in principio. D. eodem titulo. Contra hoc tamen facit, quia dos & fiſcus pari priuilegio limitantur, l. 2. C. de priuile. fiſci. Et bene fauore fiſci ex nudo pacto non agitur. Sed de hoc dicit, vt per Baldum Nouel. in tracta. de dot. in princip. ſextæ partis princip. col. 2.

*Nudũ pactũ de iure Ciuili non parit actionem.*

*Aliud fauore dotis.*

*Extenſio ad omnẽ piã cauſam.*

*Dos et fiſcus æquiparantur.*

*Fauore fiſci ex nudo pacto non agitur.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumduodecimum priuilegium.

*Confeßio extra iudicium pro pia cauſa probat.*

*Cõfeßio extra iudiciu nõ præiudicat confitẽti. Niſi ad pias cauſas.*

*Cõfeßio extraiudicialis non ualet. Niſi ſit facta fauore eccleſiæ.*

CENTESIMODVODECIMO, licet alias confeſſio extra iudicium non probat, nec præiudicet confitenti, l.1.in fi. & ibi g'o. in l. quoniam. D. de his qui not. infa. & in l.vnica. C. de confeſſ. tamen ad pias cauſas valet & probat, vt pulchre voluit Bal. in l.1. col. 2. verſic. quidam confeſſus fuit. C. de fal. cau. adiect. leg. allegat c. quoties cordis, 1. q. 7. & c. parochiane. de ſepul. Idem tamen Bal. cõſi. 331. reuerende pater, lib. 2. dicit, quòd licet alias cõfeſſio extraiudicialis non valeat, tamen fauore eccleſiæ vehementer adminiculatur, per c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſta. quaſi dicat, quòd non omnino probat, tamen habet plus virium, quàm ſi eſſet in fauorem priuati.

## Centeſimumdecimumtertium priuilegium:

*Maior habetur ratio et fauor piæ cauſæ, quàm imbecillitatis muliebris.*

*Mulier fideiubẽs pro alio non obligatur. Niſi in fauorẽ pia cauſæ. Fauor dotis et libertatis. Extenſio ad omnem piam cauſam.*

CENTESIMODECIMOTERTIO, licet alias regulariter mulier pro alio fideiubens non obligetur ex ſenatuſconſulto Velleiano, vt patet per totum titulum D. & C. ad Senatuſconſultum Velleianum. fallit tamen ſi fideiuſſerit in fauorem piæ cauſæ, per textus loquentes in dote & libertate, in l. dotare. & l. penultima, & l. vltima. C. eodem titu. quos in omni pia cauſa intelligit Romanus in d. authen. ſimiliter, in tertio ſpeciali contractuum, & in l. ſciendum, quo loco tractat, an mulier & minor renunciantes & iurantes debeant, de eorum beneficio certificari. D. de verborum obligationib. & Socinus in dicta regula 310. in tertio quoque priuilegio, & Calca. conſi. 13. pro parte negatiua, columna 2. verſicu. prima quia videtur.

Cente-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumdecimumquartum priuilegiũ.

*In fauorem dotis et uſurarum reſtitutionis alteri quis ſtipulari poteſt. Quod an in omnibus pijs cauſis obtineat, in controuerſo eſt.*

CENTESIMODECIMOQVARTO, licet alias alter alteri ſtipulari nõ poſſit, l. ſtipulatio iſta habere. §. alteri. D. de verbo. obliga. cum ſimilib. poteſt tamẽ alter piæ cauſæ, & ipſi quidem abſenti, verbis directis ſtipulari, per gl. in c. quoties cordis, j. q. 7. quam ita intelligit BAL. in l. illud col. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi illam dicit ſingu. & conſil. 136. circa prædicta, lib. 5. & ſequitur Alex. in d. l. ſtipulatio. §. vlti. vbi eſt de hoc bonus text. & Angel. Aret. in §. cum autem. Inſtitu. de adoptio. & in §. alteri. Inſtitu. de inutilib. ſtipul. & BARB. conſi. 87. prope eſt dominus, col. 2. lib. 4. Calca. dicto conſi. 13. colum. 2. verſicu. tertia eſt regula. Fely. in dicto c. ſi cautio, colum. 8. & ſequen. in 2. fallen. de fide inſtrument. & Alexan. in dicta l. ſtipulatio, §. vlti. & Iaſon in eadem l. §. alteri, colum. 3. verſicu. ſexto limita. D. de verborum obliga. & idem Iaſon in l. qui Romæ. §. Flauius, colum. antepenul. verſicu. adde etiam, eod. titu. vbi dicit illam gloſſ. not. & ſingul. Franciſ. Ripa lib. 3. Reſpon. c. 11. prima dubitatio, colum. 5. Et bene facit, quia etiam fauore dotis poteſt quis alteri ſtipulari, l. Gaius. & ibi Bar. & Alex. in primo notab. D. ſoluto matrimo. l. pactum. C. de pact. conuen. & voluerũt Paulus, Alex. & Iaſon in d. l. ſtipulatio, §. ſi ſtipulator. BALD. Nouel. in tractatu de dote, in ſexta parte principali, in 22. priuilegio, & ſequen. & Iaſon in d. §. alteri, col. 2. verſic. ſecundo prædicta regula. Hierony. de Zanetis inter conſil. Soci. conſi. 6. licet adiicere, in fi. lib. 4. Nam pia cauſa tantum habet fauoris, quàm dos, per nota. per Bart. in l. cum is, §. ſi mulier, & ibi recẽtiores. D. de condic. indeb.

*Nemo poteſt alteri ſtipulari. Niſi fauore piæ cauſæ.*

*Et fauore dotis.*

*Tantũ habet fauoris pia cauſa, quantum dos.*

Aduerte tamẽ quòd plerique omnes aliter intelligũt dictam glo. in dicto c. quoties cordis, tanquam videlicet ſimpli-

*Alius einſdẽ rei intellectus.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſimpliciter facit diſcrimen, inter ius Ciuile & Canonicum, de quo per Ioan. Andr. Panormita. & alios in dicto cap. ſi cautio. Anto. & Panormit. in prooemio Decret. Panormit. in cap vlti. colum. 5. verſic. ſed an de iure Canonico. de confeſſ. Imol. Roma. Alexand. & recentiores in dicta l. ſtipulatio. §. alteri. & Roma. conſi. 44. præſens inſtrumentum, colum. vlti. Raphael Cuma. conſi. 83. viſa copia, colum. 2. Corneus conſi. 63. videbatur primo aſpectu, colum. 2. lib. i. & conſi. 113. circa primum, colum. 3. eodem lib. i. vide Bald qui eam gloſ. allegat in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. D. ſi certum peta. & in l. generaliter, in 10. queſt. C. de non numera. pecu. & in l. pactum, in 9. q. C. de collatio. & in authenti. ſacramenta puberum, ad fin. C. ſi aduerſus venditionem.

*Contrariũ aſſerentes.* Et quantum ad noſtrũ caſum pertinet, contrarium voluerunt Specula. & Ioan. And. in titu. de arbitr. §. ſequitur, verſi. ſed pone compromiſſum eſt, & in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 64. & expreſſe Ange. & Imol. in dicta l. ſtipulatio. §. vlti. & Roma. qui horum nullam mentionem facit in dicto §. alteri. & in dicta authẽ. ſimiliter, in quinto ſpeciali, motu per cap. quanquam. de vſur. lib. 6. vbi ſpeciale eſt in illo caſu, quòd quis poſſit alteri ſtipulari in fauorẽ illius piæ cauſæ, ſcilicet, reſtitutionis vſurarum. ergo in contrarium eſt ius cõmune in aliis piis cauſis, l. ius ſingulare. & l. quod vero. D. de legibus.

*Speciale fauore reſtitutionis uſurarum.*

*Reſponſio ad argumenta contrariæ opinionis.* Sed huic rationi confeſtim occurrit Fely. in d. c. ſi cautio. vbi ſupra allegauimus. Nam fauor animæ fuit cauſa illius ſpecialitatis, ideo & procedit, vbi eſt ſimilis fauor, quaſi dicat, illud eſſe ſpeciale non ſimpliciter reſpectu reſtitutionis vſurarum, ſed reſpectu fauoris animæ, & ideo id ſemper procedit, vbi eſt fauor animæ. Sed ego miror de Ro. & Fely. qui ita videntur intelligere dictũ c. quanquam. tanquã in ſuo caſu permittat paſſim, & omnibus alteri ſtipulari, cũ tamen contrariũ innuat. Nam de illi nuncupatim loquitur, qui aliis poſſunt acquirere, vt ait, abſẽte loci ordinario, aut eius vices gerẽte, ſiue rectore parochiæ, quaſi cæteris id non permittat, ideo cogita.

*Auth. r contrariã opinione confirmat.*

Centeſi-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumdecimumquartum priuilegiũ.

*Donatio uel promiſsio facta in fauorem piæ cauſæ etiam abſenti effectum ſortietur.*

Centesimodecimoqvinto. Simile eſt, quod licet non valeat promiſsio, ſiue donatio, quæ fit abſenti, l. i. in princip. D. de verbo. obligatio & nota. in l. abſenti. D. de donatio. fallit tamen, ſi fiat abſenti piæ cauſæ, vt conſuluit Corneus conſi. 215. videtur prima facie dicendũ, colum. 3. verſic. & maxime apparet, quòd dictus Ioannes, lib. 2. per not. per dictam gloſſ. quoties cordis, & per gloſſ. in cap. iuramenti, 22. quæſt. 5. Et facit vltra illum, quia promittens piæ cauſæ, videtur Deo promittere, qui eſt vbique iuxta illud,

*Abſenti nemo ſtipulari poteſt.*

*Secus ſi abſens ſit pia cauſa.*

*Promittens piæ cauſæ uidetur Deo promitere.*

*Iuppiter eſt quacunque uides, quacunque moueris.*

Per quam rationem ita quoque voluerũt Iaco. Ra. Cyn. & Alber. in d. l. illud. C. de ſacroſ. eccle. & illos videtur ſequi Bal. in auth. ſimiliter, poſt princip. C. ad legem Falci. Paul. Caſt. in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccle. In qua etiam ſententia fuit Bal. in l. cum hi. in vlti. lectu. col. i. D. de tranſactio. & d. conſi. 85. lib. 5. Panor. in ſupraſcriptione proœmii Decretalium, in vlti. col. & ibi Fel. col. 7. verſicu. & ex iſto. vbi hoc dicit valde ſingu. & idem Panormita. conſi. 63. quædam. domina. colu. vlti. lib. 2. Cardin. Alexand. in cap. Conſtantinus, colum. 4. 96. diſtinct. Et in hanc partẽ optime facit, quod in dote mulieri abſenti ex contractu inter alios initio, ius & actio quæritur, per l. i. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & in l. vlti. in prin. C. de iure dotium. Quibus iuribus ſubnixi id voluerunt Bart. conſi. 123. factum ſic ſe habet Titius, col. 2. Paulus Caſtren. conſi. 92. quòd præfata ſententia, lib. 2. Alexan. in l. admonendi, colum. 14. D. de iureiuran. & conſi. 4. videretur, colum. 7. lib. 2. & late Philip. Dec. conſi. 35. præſtantiſſime doctor, poſt princi. At dos eſt pia cauſa, vt poſtea dicemus, & dotis priuilegia certis piis cauſis competunt, vt etiam dicemus infra.

*Fauore dotis mulieri etiã abſenti actio quæritur.*

*Dotis priuilegia pijs cauſis competunt.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Contrariũ ſententes in pia cauſa.* *Donatio facta pauperibus requirit præſentiam eorum.* *Secus in uoto.*

Contrarium tamen in pia cauſa voluit gl. ordi. in l. illud. in verbo, alia cauſa, in fi. C. de ſacroſ. eccleſ. quæ dicit, quòd ad hoc vt valeat donatio, vel promiſſio facta pauperibus, dedit ipſi pauperes eſſe præſentes per ſe, vel per aliũ, quam ibi ſequuntur Guli. Bar. & Bal. & Paul. Caſtren. Niſi tamẽ in voto, per l. 2. extra de voto. & per totum titu. illos tamen vide omnino. & idẽ quoque voluit Ioan. And. in addit. Specula. titul. de inſtrument. edit. §. nunc vero aliqua, verſicu. ſed an paupere. & Socin. in l. Paulus, D. de exceptio. Stepha. Bertrãd. conſi. 208. Chriſti, &c. viſo conſultationis themate, numero 5. lib. 2. Iaſ. in l. qui Romæ. §. Flauius, col. 10. verſi. ſed aduerte. D. de verbo. oblig. ſed vtcunque ſit, ſi aliquis aliquid poneret in templo ad ornatum ipſius, valeret donatio etiam nomine recipiente, per textum in d. l. Paulus. & ibi no. ipſe Soci. & in l. is qui puteum. §. 1. D. quod vi aut clam.

*Donatio facta ad ornatũ templi, ualet etiam nemine recipiente.*

## Centeſimumdecimumſextum Priuilegium.

*Confeſſio in fauorem piæ cauſæ facta propter abſentiam partium non reuocatur.*

*Confeſſio facta parte abſente nihil probat.* *Niſi facta ſit in fauorẽ piæ cauſæ.* *aut in foro pœnitentiali.*

CENTESIMODECIMOSEXTO. Simile quoq; eſt, quòd licet non valeat, nec probat confeſſio facta abſente parte, l. certum. §. ſi quis abſente. D. de confeſſ. l. vlti. & ibi glo. D. de interroga. actio. & gloſ. in l. cum de indebito. §. vlti. D. de probatio. cũ concordan. fallit tamen in confeſſione facta in fauorem piæ cauſæ, vt videtur voluiſſe Bal. in l generaliter, in 10. quæſt. & ibi Salyc. in 13. quęſt. C. de non nume. pec. & expreſsius idem Bal. in d. authenti. ſimiliter, in princi. C ad legem Falcid. & Anto. in d. c. ſi cautio. & ibi Fely. col. 8. verſi. fallit ſecundo, vbi multa aggregat de fide inſtrum. & Corne. d. conſi. 215. col 2. in fi. lib. 2. Et facit quod voluit Bal. in l. ratione, col. 2. C. de brobatio. quòd confeſsio facta in foro pœnitẽtiali, in abſentia partium valet, nec reuocari poteſt, per tex. in cap. quanquam, de vſur. & glo. in d. c. quoties. 1. q. 7. quod dictum reputat ſingu. dicitq; nuſquam alibi reperiri, in l. ta-

le

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

le pactũ.in princip.col.2.verſi.6.D.de pact. Et quod generaliter voluerũt Anto.Cardi.Florent.& Imol.in d.l.ſi cautio, quòd vbi dedit ſeruari ęquitas iuris Canonici, cõfeſsio facta parte abſente habet effectũ plenæ probationis, per nota.in c.quoties cordis oculus,1.q.7.& idem voluit Domi.in c.teſtes.§.de his,3.q.9.& Alex.qui hoc dicit ſingu.conſi.15.viſa ſcriptura,col.2.lib.7.& conſi.122.viſo proceſſu,col.2.bene dicit,eod.lib.7.

*Seruato iure Canonico confeſſio part e abſente facta habet uim plenæ probationis.*

## Centeſimumdecimumſeptimum priuilegiũ.

*Confeßio facta ad exonerandam conſcientiam, etiam parte abſente, habet uim debiti confeſſati, tanquam parte præſente fuiſſet acceptatum.*

CENTESIMODECIMOSEPTIMO, hoc confirmat dictũ no. Ang.in aliquib. ſuis reportatis antiquis, in l.cũ quis decedens.§.codicillis.D.de le.3. quòd relictũ factũ pauperibus pro exoneranda conſcientia, non poteſt reuocari, quia habet vim debiti confeſſati tãquam fuerit parte præſente acceptatum, quod dictũ pro ſingul.ſequitur Barb.in repetitio.l.cum acutiſsimi,charta penulti. verſicu.quid ſi teſtator.C.de fideicommiſſ.& Catel. Cotta in memorali,incip.abſenti poteſt acquiri,& iterum in memorali,cuius eſt initium,apices iuris. Sed ante Ange. idẽ voluit Bal.in l.generaliter,in 10.quæſt.C.de non numera.pecu. id quod maxime notãdum eſt ad limitationem eorum, quæ regulariter diximus, confeſsionem factã in teſtamento poſſe à teſtatore quandocunque reuocari, nec hoc caſu probare, per l. Lucius.§.quiſquis, huius initii 2.D.de lega.2.& l.Lucius.§.Sempronius,D.de leg.3.l.Aurelius,§.vlt.D.de liber.leg.& l.3.in fi.cum l.ſequen.D.de adimen.lega.cum ſimilib.vt videlicet, id non procedat in confeſsione facta ad exonerandam conſcientiam. Verum etiã in hoc caſu contrarium expreſſe tenuit Bartolus in dicto §.codicillis cynus in d.l.generaliter,in x.

*Relictum pauperibus pro exoneranda conſciẽtia non poteſt reuocari.*

*Confeßio facta à teſtatore in teſtamento quãdocunque poteſt reuocari.*

*Niſi ſit facta ad exonerandã conſcientiam.*

*Contrarium aſſerentes.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quæſt. C. de non nume. pecu. & Baldus ſibi contrarius, in l. ratione. in 2. quæſt. C. de probatio. & in repetitio. l. colum. penul. verſi. ſuper nona quæſtione. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iacob. Bel. i authenti. de iureiurand. à mori. præſtitio. vide Bal. in l. vlti. C. ſi à non compet. iudi. & conſi. 262. ſuadeo hæredi. lib. 3. & Angel. ſibi etiam contrarius, in l. 1. C. de fal. cau. adiec. leg. & Lanfran. Oria. in repetitio. c. quoniam, de probationibus.

## Centeſimumdecimumoctauum priuilegiũ.

*Fauorabilior eſt cauſa liberorum, quàm eccleſiæ.*

*Natiuitate filiorum reuocatur donatio facta à patre.*
*Niſi ſit facta eccleſiæ.*
*Quo caſu reuocatur uſque ad legitimam.*

Centesimodecimooctavo, licet alias reuocetur donatio, ſi is qui donauit, cum filios non haberet, poſtea filios ſuſcepit, per illam ſingul. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donatio. tamen donatio facta piæ cauſæ non per hoc reuocatur, niſi vſque ad legatam, vt voluit glo. not. in c. vlti. 17. quæſt. 4. quam ſequitur & commendat Bart. in l. Titia. Seio. §. Imperator, col. 2. D de leg. 2. Bal. Ange. & Salyce. in l. 1. C. de inoffic. donæ. Imol. & Panormit. in c. vlti de donatio. Roma. qui illam gloſſ. dicit ſingu. d. regula 310. in 8. priuilegio, Corneus conſi. 2. in præſenti cõſultatione, colum. vlti. lib. 3. & conſi. 300. in hac conſultatione, colum. 2. libr. 4. Barba. in repetitio. l. cum acutiſſimi, colum. 2. verſi. reſtat nunc examinare. C. de fideicommiſſ. & Iaſon in authen. ſi qua mulier, colum. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Felynus in c. in præſentia, colu. 22. verſicu. quarto quæro. de probatio. & Corſe. in ſuis ſingu. in verbo, donatio. incip. licet donatio.

*Contrarium aſſerentes.*

Verum contrarium ſentit glo. in c. ſi quis iraſcitur, 13. quæſt. 2. cum dicit hoc caſu honeſtũ eſſe, vt eccleſia reddat bona ſibi donata, per text. in dicto c. vlti. 17. quæſt. 4.

*Quod honeſtũ, id neceſſario obſeruandum.*
*Maxime ab eccleſia.*

Nam ſi id honeſtum eſt, haud dubie neceſſario obſeruandum, per l. ſemper in contractib. & quod ibi not. gloſ. D. de regul. iur. & maxime quidẽ ab eccleſia. per no. per gl. in c. hoc ius porrectum. 12. quæſt. 2. iuncta glo. in dicta l. ſem-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſemper, & per Ioan. Andr. in c. continebatur. de his quæ fiunt à præla. Et hanc partē expreſſe uidetur ſequi Bal. in dicta authent. ſi qua mulier, colu. 2. in iii. no. Cogita & uide quæ diximus ſupra in xiiii. priuilegio.

## Centeſimumdecimumnonum Priui legium.

*Falſa opinione ſolutum pietatis cauſa, tanquam indebitum repeti non poteſt.*

Centeſimodecimonono, generalius, quæ intuitu pietatis concedūtur, ſunt irreuocabilia, vt dicit Sign. cōſi. 125. quæſtio talis eſt, utrum donatio, col. ii. uerſi. præterea quod intuitu per textum in l. cum is. §. ſi in ea. D. de condict. indeb. & l. ex duobus. §. ulti. & l. Neſennius. D. de neg. geſt. & l. alimenta. C. eo. ti.

*Intuitu pietatis cōceſſa ſunt irreuocabilia.*

## Centeſimumuiceſimum Priuilegium.

*Res ab adminiſtratione comparata ex pecunia eccleſiæ, fauore piæ cauſæ, cenſetur eccleſiæ.*

Centeſimouiceſimo. licet regulariter; res empta ex pecunia mea, non ſit mea, l. ſi ea. C. de rei uendica. & l. ſi patruus C. cō. utriuſque iudic. & l. i. C. ſi quis alteri uel ſibi. & l. & ſi de tua. C. de donatio. inter uirum & uxorē. fallit tāmē in re empta ex pecunia eccleſię, & ſic piæ cauſæ, ut uoluit glo. in l. ſi ut proponis, & ibi docto. C. de rei uendic. & in l. iii. C. arbit. tutel. & glo. in c. inquirendum, & ibi Innocen. Hoſt. Ioan. Andr. Panormit. & omnes, extra de pecul. cleric. & gl. in c. apoſtolicas, xii. queſtio. ii. & Spec. titu. de empt. & uendi. §. tertio loco. uerſi. hoc autē ſcias, & Rom. in d. authenti. ſimiliter. in decimo ſpeciali, qui hoc dicit ſatis probari per text. in c. i. & ſeq. 14. q. 4. & in c. fixum, xii. quæſt. v. licet Hoſtienſ. in Ioā An. in dicto c. iudicandum dixiſſent id nullo textu probari.

*Res empta ex pecunia mea, nō eſt mea.*

*Secus in re empta ex pecunia eccleſiæ.*

Quod tamē intellige, quādo res empta eſt ab adminiſtratore ipſius eccleſiæ, aut piæ cauſæ, ſecus ſi ab alio, q a tunc

*Modò ab adminiſtratore eccleſiæ empta ſit.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Pupilli non eſt quod ab extraneo eius pecunia emptum eſt.*

tũc non eſſet ipſius eccleſiæ, aut piæ cauſæ, quod ex ſua pecunia eſſet emptũ: ſicut nec pupilli eſſet, quod ab extraneo eſſet eius pecunia emptũ. Ita uoluit Iac. Are. Bar. Bal. Pau. Caſtren. & omnes in d. l. ſi ut proponis. per rationes & iura ibi per eos allegat, quæ tu uideres poteris.

## Centeſimumuiceſimumprimum priuilegiũ.

*In fauorem eccleſiæ ſolo cedit ædificatio.*

*Quiquid ſolo inædificatur, ſolo cedit.*

*Niſi clericus ex pecunia eccleſiæ in ſuo fundo ædificet.*

*Modò eccleſia ſoluat pretium fundi.*

*Cõtrariũ ſentientes.*

*Eccleſia nõ debet locupletari cũ aliena iactura.*

*Fauor eccleſiæ iniuſtitiã nõ parit.*

*Fauor eccleſiæ ædificiũ nõ cedit ſolo.*

Centeſimouiceſimoprimo generale eſt, quòd alias ædificium in alterius ſolo factum, ipſi ſol cedit. §. cũ in ſuo. Inſtitu. de rerum diuiſio. tamen ſi quis clericus ex pecunia eccleſiæ in ſuo fundo ædificet, tantum abeſt, ut id ædificium ſolo cedat, uerum è diuerſo cedit ſolũ edificiũ, & ſic utrunque, & ſolum & ædificium eccleſiæ. Ita uoluit gloſſ. not. in d. c. apoſtolicos. in uerbo, conſtruxiſſe, xii. q. ii. quam ſequitur Specul. in tit. de emptio. & uẽditio §. tertio loco. uerſicu. quid ſi clericus. & Bal. in l. in tantũ. D. de rerũ diuiſio. & Barto. qui illã dicit ſingul. in additio. ad Bal. in c. i. §. & quia uidimus. colum. vi. titu. de his qui feud. dar. poſſ. ubi tamen illã intelligit, modo eccleſia ſoluat pretiũ fundi. & in cap. cum olim. colum. iii. D. de. officio delega. & in c. inquirendum. colu. ii. de pecul. cleric. & in tracta. de præſtã. Cardina. in iii. q. col. 15. Sed & Ioã. And. in addi. Spec. ubi ſupra, dicit illud dictũ gloſſ. nõ bene probari, nec ibi, nec alibi, & potius uideri, quòd res maneat cõmunis pro rata, ne locupletetur eccleſia cũ aliena iactura, c. locupletari. de regu. iur. lib. 6. cũ ſimil. ne fauor eccleſiæ iniuſtitiã pariat. c. nuper. de dona. inter uirũ & uxor. & facit c. generalis. 54. diſtin. & c. fraternitatis. xii. q. ii. Sufficit ergo (inquit) eccleſiæ, ꝙ ob eius fauorẽ, ædificiũ ſolo non cedat, & ſic uitet damnũ quod alias incurreret. Et hoc ſequitur Romanus in dicta authentica, ſimiliter, in undecimo ſpeciali contractuum. Idem tamen in ultimo ſpeciali dicit, quòd dicta gloſſa poſſet ſaluari in caſu capit. quæſitũ eſt, xvii. q. 4.

CEN-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumuiceſimumſecundum priuileg.

*Obligatus ad faciendum, fauore piæ cauſæ, præſtando id quod intereſt liberatur.*

Centeſimoſeptimo, licet præciſe quis non poſſit cogi ad factum, ſed liberetur præſtando id quod intereſt, l. ſi quis ab alio, in fi. D. de iudic. & l. ſtipulationes non diuiduntur, verſi; Celſus, D. de verb. ob. fallit tamen fauore piæ cauſæ, per textum loquẽtem in libertate in l. qui Romæ, §. Flauius, & ibi Raphael Cuman. Paulus Caſtrenſ. Franciſ. Aretin. Socin. & Iaſon, D. de verborum obligat.

*Nemo precisè tenetur ad factum.*

*Secus fauore piæ cauſæ.*

## Centeſimumuiceſimumtertium Priuilegiũ.

*Iure Digeſtorum nudo pacto facta donatio ad pias cauſas ualebat.*

Centeſimotertio licet olim de iure ſcilicet Digeſtorum, non valeret donatio nudo pacto facta, ſed requirebatur ſtipulatio, l. ſi quis argentum, ſin autem, C. de dona. tamen valebat ad pias cauſas, l. ſi tibi dederim, in princi. D. de donatio. quam ad hoc citat Bald. in l. ſi quis argentum, §. ſin autem, C. eodem titulo.

*Stipulatio neceſſaria in donatione.*

*Secus ad pias cauſas.*

## Centeſimumuiceſimumquartum Priuileg.

*Donationes ad pias cauſas factæ, quamuis excedant ſummam quingentorum aureorum, non requirunt actorum confectiones.*

Centeſimouigeſimoquarto, licet alias donatio excedens ſummam quingentorum aureorum, debeat inſinuari, vt notat glo. in l. ſancimus, & penul. C. de donatio. fallit tamen in donatione facta piæ cauſæ. Et id quidem indubitatum eſt in donatione facta pro redemptione captiuorum, per textum expreſſum in l. pen. in prin. C. eodem

*Donatio excedẽs ſummã quingẽtorũ aureorũ inſinuatur.*

*Niſi ſit facta piæ cauſæ.*

*Maximè pro redemptione captiuorum.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Exſtenſio ad omnem piā cauſam.*

dem titu. Sed & idē in omni pia cauſa tenuit Specula. in titu. de inſtrumen. edit. §. porro. uerſicu. itē nota quòd donationes, per textū in l. illud. C. de ſacroſan. ecc. & in §. ſin minus. & in auten. de nō alie. rebus eccleſ. quod & tenuit Pileus quæſtio. cxxiii. quē refert Ioan. And. in additio. Specul. ubi ſupra, motus quòd quemadmodū uidetur donatio facta finiri ſine inſinuatione, per dictā l. ſancimus. & authen. ibi poſitam, ita etiā facta eccleſiæ, aut loco religioſo: cum nō differaut imperiū, & ſacerdotiū, per iura quæ allegat. Et hāc quoque partē ſequitur Ioā. And. in c. in præſentia. colum. ulti. de probatio. Albert. & Bar. in dicta l. illud, & ibi Alexand. in additio. ipſius Bartoli, C. de ſacroſan. ecc. per dictam l. penulti. C. de donatio. Hoſt. Ioan. Andr. & Anto. in c. ulti. de fidei inſtrumē. idē Hoſtien. in ſumma titu. de dona. §. quæ donatio, Bal. in l. conſulta, in fi. C. de teſtamē. Ioan. Calde. conſ. 3. ſub rub. de donatio. Rom. in l. Modeſtinus. D. de donatio. Panormita. in c. relatū. huius initii primo. colum. i. de teſtament. Cuma. conſi. cv. quædā domina Lucia, colum penulti. uerſicul. ſupereſt uidere. Paulus Caſtrē. conſil. 212. omiſſo ordine, colu. ii. uerſicul. præterea donatio, libr. ii. Matheſil. qui hoc dicit procedere de iure Canonico, quod dicit eſſe ubique obſeruandū, licet lex Ciuilis aliter diſponat, notabili 170. nota quòd leges. & Fran Aret. in l. i. col. i. in xi. priuilegio. C. de ſacroſ. eccleſ. Soci. cōſ. cxv. uidebatur prima conſideratione, col. 2. uerſicu. nec obſtat ſi dicatur. lib. 4. Fely. poſt An. & alios in c. eccleſia ſ. Mariæ. colum. xxx. de conſtitut. & Calca. cōſi. xiii. pro parte negatiua. colum. iii. uerſicu. decimotertio idem uidemus. ubi & ipſe allegat text. in l. ulti. C. de iure dot. & Iaſon in l. i. col. penulti. uerſicu. ulti. D. ſoluto matrimo. & Fran. Ripa lib. iii. Reſpon. c. xi, prima dubitatio, paulo ante finem. Sed contrarium uoluit gloſ. in dicta l. illud. & ibi Petr. Guliel. Cyn. Bal. in iii. quæſt. & Paulus Caſtren. per textum ibi, C. de ſacroſan. eccleſ. glo. in dicta. l. ſancimus. in uerbo, ad quingentorum, & ibi Bald. colum. ii. C. de donatio. & gl. in §. ſin minus in uerbo, firma. in auth.

*Imperium et ſacerdotium non differunt.*

*Etiā de iure Canonico.*

*Cōtrarium eſſe ſentes.*

de

UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

de non alie. Raphael Cuma. conſi 28. de fundo dato, colum. vlt. Barb. conſi. 65. referam in medium, col. 10. lib. 4. Maria. in tractatu ſuo oblationum, in nono libello, quæſtione ſexta.

## Cẽteſimumuiceſimumquintum Priuilegiũ.

*Condictio indebiti non competit ob indebitum ſolutum piæ cauſæ.*

Centeſimouiceſimoquinto, fauore piæ cauſæ indebitum ſolutum non repetitur, per textum loquentẽ in dote in l. cum is, §. ſi in ea, D. de condi. indeb. & melius in §. vlt. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contrac. naſcun. & ita voluit Bald. in l. ea quæ, C. de de condict. indeb. & ita cõſuluit Roma. conſi. 428. in terminis propoſitæ conſultationis, in fine primi dubii. Et facit textus loquens de libertate in l. quamuis, C. de fideicom. liber. quam & Bal. ibi, in 1. not. extendit ad aliam quamuis piam cauſam.

*Fauore dotis indebitũ ſolutum non repetitur. Idem in libertate.*

*Extenſio ad omnem piam cauſam.*

## Centeſimumuiceſimumſextum priuilegiũ.

*In dubio titulum piæ cauſæ præſumendum eſt priorem fuiſſe quouis alio.*

Centeſimouiceſimoſexto, ſi reperiantur duo inſtrumẽta eodem die confecta, nec cõſtet utrũ illorum ſit prius, poſteriusve, licet alias utrunque vitietur ſecundũ Dyn. & Bart. in l. i. §. non autem, in ſi. D. de bon. poſſeſſ. ſecun. tabu. Cy. poſt Petr. in l. hac conſultiſſima, §. ſin autem, in ſi. C. de teſtamen. cum ſimil. præſumitur tamen inſtrumentum factum in fauorem piæ cauſæ fuiſſe prius confectum, vt potius ſit ius ipſius piæ cauſæ, vt voluit no. Rom. in dicta authen. ſimiliter in 13. ſpeciali inter contractus, vbi refert ſing. conſuluiſſe. Fran. Aret. ſeniorem, quòd agens hypothecaria ad rem aliquam, quam dicit fuiſſe debitorum, debeat probare ſuam bonorum obligationem præceſſiſſe donationem de ea re factam neo conuento, per textum notab. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt.

*Propter incertitudine utrũque inſtrumentũ uiciatur. Niſi alterũ ſit factũ in fauorem piæ cauſæ.*

*Ags hypothecaria probare debet ſuum titulũ priorem fuiſſe altero.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Secus præſumitur in pijs cauſis.*

*Pia cauſa et fiſcus æquiparantur.*

nupt. Verum in fauorem piæ cauſæ præſumendum eſt in dubio ſuum titulum eſſe priorẽ altero, per textum ſing. loquentem in fiſco. l. & ibi Bar. C. de iure fiſci. libr. x. nã pia cauſa, & fiſcus æquiparantur. l. ulti. C. de ſacroſ. ecc. & §. ſi minus, in authen. de non alien. ex quo ſumitur aũhenti. ſicut. C. de ſacroſ. ecc. cum ſimilibus alibi adductis. & hoc ſequuntur Soci. Iaſon. Aquen. & Tho. Parp. in l. 1. in princip. D. ſoluto matrimo. Soci. conſ. lxvii. eadem die, col. v. uerſi. confirmatur hoc fundamentum. & Iaſon qui hoc dicit ſingul. in l. ulti. colu. pe. & ibi etiam Philip. Decius. col. ultima. C. de edicto diui Adria. tollẽ. & hoc quoque uoluit Ioan. Pla. in d. l. 1. C. de iure fiſci. & Philippus. Decius in l. in ambiguis. D. de regulis iuris. Et facit quod poſt Dy. uoluit Bar. & omnes poſt eum in d. l. i. D. ſoluto matrimo. quòd etiam in dubio inſtrumentum dotis præſumitur cætera præcedere. quod & uoluerunt Dy. & Bal. in l. in ambiguis. per illum textum, D. de iure dotiũ. quia ſi hoc in dote procedit, multo fortius in pia cauſa, quæ fauorabilior eſt, ut alibi diximus. Quin illud in dote adeo procedit, ut etiam præferatur inſtrumento fiſci eodẽ die confecto, cũ de tẽpore nõ conſtat, ut uoluit Bal. in l. dotis. C. de iure dotiũ. & in l. ad exactionem. C. de do. promiſ. & Nicol. in l. quãuis. C. de priuleg. fiſci.

*Inſtrumentum dotis præſumitur cætera præcedere.*

*Etiã inſtrumentum fiſci eodem die cõfectum.*

## Centeſimumuiceſimumſeptimum Priuileg.

*Inſtrumenta inuicem pugnantia, in commodum piæ cauſæ interpretanda ſint.*

*Inſtrumenta ſibi inuicem contraria.*

Centeſimouiceſimoſeptimo, ex eodem fonte manat, quòd ſi reperiantur duo inſtrumenta inuicem pugnantia, ut quia unum atteſtatur Titium tali die & tali loco id feciſſe, alterum eodem die, ſed alio loco ita remoto, ut in eodem die eſſe nõ potuiſſet in utroque, ignoraturq; utrũ ſit uerum an falſum, ſtandum eſt ei, quod eſt in commodum piæ cauſæ, & rei fauorabilis, ut uoluerunt Cynus & Rayn. in l. optima. C. de contrahend. & commit. ſtipul.

*In ambiguis ſtãdum eſt pro pia cauſa.*

Cyn.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Cyn. in l. exercendis, in 2. quæſtio. C. de fide inſtrume. Io. And. Ant. Panor. in c. imputari, eo. ti. Alex. conſ. 110. plura narrata ſunt, col. 4. verſi. ſecundo reſpõdeo, lib. 6. per l. in ambiguis, & l. libertas, de regu. iur. cum ſimil.

## Cẽteſimumuiceſimumoctauum priuilegiũ.

*Donatio aliàs prohibita ſumit effectum, ſi conuertatur in piam cauſam.*

Centeſimouiceſimooctauo, licet alias non valeat donatio inter virum & vxorem, toto tit. de don. inter ui. & vxo. fallit tamen ſi fiat vt conuertatur in piam cauſam, vt per tex. in l. ſi ſponſus, §. conceſſa, D. eo. ti. voluit Guliel. Cu. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, D. de iureiu. Bar. in l. Seius & Agerius, D. ad l. Falcid. Alex. cõſi. 152. in cauſa & lite, verſi. tertio licet alias, lib. 2.

*Donatio inter uirum et uxorem ad piæ cauſas facta ualet.*

## Centeſimumuiceſimumnonum priuilegiũ.

*Pater prohibetur filio donare ad pias cauſas.*

Centeſimouiceſimonono, ſimiliter licet nõ ualeat donatio inter patrem & filium, l. donationes, C. de don. inter uirum & vxo. cum ſimil. fallit tamen fauore piæ cauſæ, per textum loquentem in cauſa dotis, in l. Pomponius Philadelphus, D. fam. ercíſ. quam ad omnem cauſam piam trahit Calca. conſi. 13. verſicu. pro parte negatiua, col. 4. verſi. ſed quædam cauſa.

*Donatio inter patrẽ et filiũ inualida.*

*Secus in cauſa dotis.*

*Extenſio ad omnẽ piã cauſam.*

## Centeſimumtrigeſimum priuilegium.

*In generali prohibitione alienationis ſemper intelligitur excepta pia cauſa.*

Centeſimotrigeſimo, non tantum eo caſu, ſed & alias prohibita generaliter donatione, vel a teſtatore, vel a contrahentibus, non cenſetur tamen prohibita in fauo-

*Generaliter prohibita donatione, nõ cenſetur prohibita ad pias cauſas.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*In generali prohibitione intelligitur excepta perſona Dei.*

*Et in generali ſacramẽto fidelitatis perſona Imperatoris.*

*Cõtrariũ ſentiẽtes.*

*Generalis prohibitio de nõ alienãdo feudũ, includit etiam prohibitionẽ alienationis pro anima.*

*Reſponſio ad obiecta.*

fauorem piæ cauſæ. Ita referũt Rom. Soci. & Calca. quibus locis ſtatim citabimus voluiſſe Bal. licet non inuenerim in meo codice, in l. ſi ſponſus, §. conceſſa. per illum D. de don. inter uir. & vx. ſequitur ſimiliter Calc. conſi. 13. pro parte negatiua, col. 3. verſi. ſextum quia diſpoſitione, vbi & ad hoc allegat authen. res quæ, C. communia de lega. & in c. 1. §. ſi verò de allodiis, titu. de pac. iu. fir. vbi & addit hanc rationẽ, quia in hmõi generali prohibitione videtur excepta perſona Dei, ſicuti in generali ſacramento fidelitatis intelligitur etiam excepta perſona Imperatoris, c. 2. tit. de prohi. feu. alie. Verũ Rom. in d. auth. ſimiliter, in 15. ſpeciali, inter contractus, dicit hoc eſſe falſum in c. 1. §. donare, tit. quib. modis feu. alie. poſſ. & in d. c. 2. ad prin. tit. de prohi. feu. ali. per Fed. vbi generalis prohibitio de non alienãdo feudũ, includit et prohibitionem alienationis pro anima. Nec obſt d. §. cõceſſa, vbi dicitur quòd vir poteſt donare vxori, & econtra vxor viro cã ſepulturæ, quia illud non eſt rõne piæ cauſæ, ſed quia (vt dicit tex. expreſſim) ceſſat ratio prohibitionis, cum ex ea donatione is cui donatur, non ſit locupletior.

*Qui tacet et patitur nõ uidetur cõſentire in ſuum præiudiciũ.*

## Cẽteſimumtriceſimumprimum priuilegiũ.

*Pignus alienatum ad pias cauſas, ſciente et tacente creditore, cenſetur ab eodem remiſſum.*

*Creditor per taciturnitatẽ non cẽſetur cõſẽtire alienationi pignoris.*

*Niſi ad pias cauſas alienatũ ſit.*

*Exemplũ in libertate.*

*Extenſio ad omnem piam cauſam.*

Centeſimotrigeſimoprimo, licet alias qui tacet, & patitur, non uideatur conſentire in his quæ præiudicium afferunt, & incommodum, vt no. in l. filiusfamilias, §. inuitus, De procu. cum ſimilibus, & propterea creditor per taciturnitatem non videatur conſentire alienationi rei ſibi obligatæ, quin poſſit pignus proſequi, ſicut in §. nõ uidetur, D. quibus modis pig. vel hypo. ſol. fallit tamen fauore piæ cauſæ, verbi gratia, ſi quis præſente, & tacẽte creditore donaret fundum obligatum pio loco, cenſetur pignus remiſſum, text. eſt in libertate loquens in l. 1. C. de remiſ. pig. quem Bald. ibi extendit ad omnem piã

cauſam

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cauſam,& ſequuntur Rom.& Alexand. ille col. vlti. hic col.8. in l. quæ dotis, D.ſolut. matrimo.& voluit etiam Ioan.And.in regula,qui tacet. de reg.iur. lib. 6. Panor. in c.nonne,de præſumpt.Roma.conſi.311. in cauſa propoſitæ conſultationis,verſi.in decimo dubio.Soci.conſ. 291.viſo litteris,col.7.verſi.præterea hanc partem,libr. 2.& Philippus Decius cõſi.66.de duobus quæritur,col. pen.pro quibus bene facit text.in authent.ſi ſeruus ſciẽte domino,vbi etiam id not.Bal.C.de epiſc.& cleri. & in c.ſi ſeruus.54.diſt.Et quod in ſimili dicitur de fiſco, in l. ſi hypothecas,C.de remiſſ.pig. Et vide quod ſcribit Philip. Dec.in c.ſuper eo.col.antepe.verſi.ſed ad iſta reſpõderi poteſt,iunctis præcedentibus,de offic.deleg.

*Niſi etiã à fiſco alienatum ſit.*

## Centeſimumtrigeſimumſecundum priuileg.

*Mandatum factum piæ cauſæ,durat re integra,etiam poſt mortem mandantis: nec poteſt illius hæres reuocare,cum non appareat mutatam uoluntatem.*

Centeſimotrigeſimoſecundo,licet alias mandatum re integra morte mandantis finiatur,l.mandatum,C.mãd. cum ſi.fallit in mandato facto piæ cauſæ,quod nec re integra finitur morte mandantis,nec poteſt illius hæres reuocare,vt no.voluit Bald.in auth.ſi qua mulier, col.vlti. verſi.quarto no.C.de ſacroſ.eccl.per tex.quẽ dicit ſing. in cle.exiit.§.in eo vero caſu,de verb.ſig.& idẽ Bal. qui hoc dicit no.dignum in d.l.mandatum.col.3.verſ.ſed cõtra hoc op.& ibi Saly.col.6. in 13.op.C.mand. vterque per text.loquentem in dote,in l.ſi ego.§.i. D.de iur.do. & idẽ Bal.in l. cum magiſtratus, col.i. C.quand.prouo. non eſt neceſ.per c. vlt.de teſta. lib.6.& ipſe Bald.in l.ſi defunctus,in fi.D. de procur. Ro.in l.2.D.ſol.mat. & in d.auth.ſimiliter,in 17. ſpeciali,inter contractus,non per tex.allegatos,& per Bal. in prioribus locis, quos nititur probare,nihil ad hoc facere,ſed per tex. loquentem in libertate,in l.ſi pater filio,D.de manu.vindict.& idem Ro. conſil.119.in prima concluſione, vbi ad hoc dicit ſingu.

*Mandatum re integra morte mandantis finitur.*

*Secus in mãdato facto piæ cauſa.*

*Et in dote.*

*Et in libertate.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tex. in d. cle. exiit. quo loco ſupra citauimus. & Alex. in addi. Bar. in l. 2. §. ſed ſi quis donaturus, D. de donatio. & Iaſ. in l. eius qui in prouincia, in verſ. placebat, col. 1. ver. iſtam regulã, D. ſi certũ peta. vbi & facit ſing. textũ in d. clement. exiit, illum autem textum in d. l. ſi ego. §. 1. dicit ſingul. Bal. in c. cum veniſſet, de teſtament. ſuper quibus vide omnino Iaſo. in d. l. eius qui. verſi. placebat, col. 1.

## Centeſimumtrigeſimumtertium priuilegiũ.

*Pœnitentiam non habet locum in contractibus ad pias cauſas, etiam re integra. Secus tamen in libertate.*

*In contractibus innominatis re integra locus eſt pœnitentiæ. Niſi ad pias cãs ſint celebrati. Idem in dote.*

Centeſimotrigeſimotertio, licet in contractib. innominatis re integra ſit locus pœnitentiæ, l. ſi pecuniã. D. de condictio. ob cauſam, cũ ſimilib. in celebratis tamẽ ad pias cauſas non habet locũ pœnitẽtia, etiã re integra, vt voluit Bal. qui dicit not. in l. ſicut. in fi. C. de actio. & oblig. & per tex. in l. ſi quis pro redẽptione. C. de donatio. & per id quod in ſimili dicitur, ꝙ etiã fauore dotis nõ habet hoc caſu locũ pœnitẽtia, per textũ in l. ſi ego. §. 1. D. de iure dot. Id quod etiam voluit Bal. per tex. poſtremo loco allegatũ in d. l. mandatũ, col. 3. verſi. ſed cõtra hanc op. & ibi quoq; Saly. col. 6. 13. oppo. C. mand. & Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius, col. 7. D. de verb. oblig. & Socin. vbi ſupra, in 17 priuilegio. Et illud de dote etiã per illũ textum voluit Bar. in l. 2. §. ſi pecuniã. D. de donatio. & in l. ſi pecuniã. §. 1. aut 2. D. de condict. ab cau. & Rom. in l. 1. D. ſoluto matrimo. Verũ contrariũ aperte ſentit in d. l. qui Romæ. §. Flauius, in exẽplo per eum ibi poſito, & apertius Franciſ. Are. ibi, & Roma. in repetitio. dictæ authen. ſimiliter, in 18. ſpeciali contractuũ, dicit enim ꝙ is qui contraxit, poterit pœnitere, per textũ loquentem in libertate, & ita in pia cauſa, in ſl. dedi. §. idẽ erit. D. de condictio. ob cauſam, & iterum in d. l. ſi pecuniã. §. itẽ ſi quis dederit. D. eod. titu. in quibus locis idem quoque tenet ipſe Romanus. Nec obſtat (inquit) d. l. ſi quis pro redẽptione.

*Cõtrarium aſſerentes.*

*Qui contraxit, poteſt pœnitere, etiam quo ad libertatem.*

*Reſpõſio ad cõtrariã argumẽta.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ptione . nã is textus ſolũ denegat repetitionẽ eius quod fuerat donatũ, propterea quòd diceretur non fuiſſe donationem inſinuatã, quia excederet ſummam quingẽtorum aureorũ. at nõ denegat pœnitentiã, quia de hoc ibi non agitur. Si vero is qui cõtraxit, mortuus eſt, & valet hæres ipſius reſilire, ſiue pœnitere, nõ poterit etiã rȩ integra, quanuis defunctus potuiſſet, & ita loquitur d.l. ſi ego. §.i.D.de iure dotiũ. Et ratio diuerſitatis ẽ, quia ipſe hæres quantũ maxime poteſt, debet & tenetur ſubueni re animæ ipſius defuncti, & ita ea perficere, & exeq̃ quȩ viuẽs ipſe ad pias cauſas pro ſua anima diſpoſuit, c. in literis, de raptorib. c. parochiano, de ſepult. hæc fere Ro. cuius ſententiã ſequitur, licet illius nõ meminerit, Lauren. Calca. conſi. 21. Antonius Pacolarius, col. 5. verſic. quid igitur dicendũ, vide omnino Iaſo. in d. l. dedi. §. idẽ erit, D. de condictio. ob cauſam, & in l. ſi pecuniã. in princip. col. i. verſi. qaarto limita, eodẽ titu. vide etiam omnino Socin. in d. §. Flauius, colum. 5. & Iaſ. in d. §. idẽ erit, & Alex. in dicta l. ſi pecuniam, colum. 12.

*Hæres non poteſt re integra reſilire ab huiuſmodi contractibus.*

*Ratio diuerſitatis inter hæredem et defunctum.*

## Centeſimumtrigeſimumquartum priuile.

*Eccleſia, uel ciuitas, mutui datione non obligatur, ſi in utilitatem eius pecuniæ uerſæ non ſint.*

Genteſimotrigeſimoquarto, licet mutuans inſtitutori non habet neceſſe probare verſum in vtilitatem domini, l. vlti. D. de exercit. fallit tamẽ in mutuante adminiſtratori eccleſiæ, ſiue piæ cauſæ, vt volunt doctores, idẽ quoque dicentes in mutuãte adminiſtratori ciuitatis, in l. ciuitas. D. ſi certum peta. Quod tamen limitat ſingul. Bal. in rubri. C. de exercit. col. penul. verſi. contra videtur procedere, quãdo eccleſia vel ciuitas non exercet aliquando negotiationem, alias ſi exerceat per magiſtrum ſuum, vtetur iure cõmuni, quam limitationem dicit ſing. Alex. in dicta l. ciuitas, col. penulti. vbi etiam tamen non putat veram, licet Iaſon ibi, colum. vlti. verſic. iſta limitatis, eam conetur approbare.

*Mutuans inſtitori nõ tenetur probare uerſum in utilitatem domini.*

*Secus in mutuãte adminiſtratori eccleſiæ.*

*Et adminiſtratori ciuitatis.*

*Niſi ecclesia uel ciuitas per magiſtrum ſuũ aliquam negotiationem exerceant.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumtrigeſimumquintum priuileg.

*Donata ad certum pium uſum, ne authoritate quidem principis poſſunt conuerti in alium.*

*Donata ad certum uſum poſſunt à donatario in alium conuerti.*

*Secus in donatis ad certum pium uſum.*

*Quæ ne authoritate quidem principis poſſũt conuerti in aliũ uſum.*

*Excepta tamen ſummi pontificis authoritate.*

Centeſimotrigeſimo quinto, licet donata ad certum vſum poſſint à donatraio in alium vſum conuerti, l 2. in fine,& l.ſequen.D.de donatio.& l.ſi repetendi,C. de cõdictio.ob cauſam,& l.ſed ſi vir.§. vlti.& l.ſequen. D. de donatio. inter virum & vxor. fallit tamen in donatis ad certum pium vſum, quia non poteſt in alium conuerti, per text.in l.penulti.& ibi Bal. qui hoc expreſſe not. & dicit ſpeciale in pia cauſa, C. de donatio. & in clemen. quia contingit,de religioſis domib.& voluit Baldus,qui & hoc negat poſſe fieri authoritate principis,conſi.183. factum proponitur, poſt principium, lib.i.vbi & ad hoc alia iura allegat,& conſi.118 caſus ſub tali forma,col.3. verſi.ſuper quinto puncto,lib.5.& Panormita. conſi.99. quidam condidit teſtamentum,col.2.verſi.moueor decimo,lib.2.vbi tamen excepit authoritatem ſummi Pontificis.& Paul.Caſtren.conſi.187.ſuper primo quęſito reſpondeo,in princip. libr.i.vbi etiam excepit authoritatẽ ſummi Pontificis: & Benedict.Capra,conſi.121.punctus fuit,quidam teſtator. Tu tamen omino vide Bart. in l.pater.§.Tuſculanus.D.de lega.3.& in l.legatum, D.de vſufruct.lega.& Bald.conſil.415.viſa ſubſtitutione, ante fi. lib.4.& Panormi.in c.nos quidem,colum.vlti.& ibi Cardina.& alios, de teſtament. Roma. ſingul.477. legatum factum, vide eundem Roma. conſi. 40. verſicu. quo ad tertium.

## Centeſimumtrigeſimumſextum priuilegiũ.

*Pactum non excludit eam à ſacrilegio, qui rem ipſius eccleſiæ propria authoritate occupat.*

*Valet pactum, ut creditor pro*

Centeſimotrigeſimoſexto, licet valeat pactum vt creditor poſſit propria authoritate poſſeſſionem hypothecatam

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tatam ingredi, per l. 3. C. de pignor. fallit tamẽ ſi res ipſa ſit eccleſiæ: neque enim hoc caſu pactum excuſaret eum, qui rem ipſius eccleſiæ propria authoritate occuparet, quum in ſacrilegium incurrerit, per textum in c. nulli liceat. 12. quæſt. 2. per quem ita dicit Innocen. in c. verum, de foro competen. Sed Hoſtienſ. ibi tenet contrarium. Sed tu omnino ſuper hoc vide Anto. & Panormita. in dicto c. verũ, vbi multifariam in ea re diſtinguit, & Roma. multa quoque ſuper hoc differentem in dicta authent. ſimiliter, in 19. ſpeciali, inter contractus, C. ad legem Falcidiam.

*propria authoritate ingrediatur poſſeſſionem hypothecatam. Niſi rem ipſius eccleſiæ occuparet.*

## Centeſimumtrigeſimumſeptimum priuileg.

*Non male infertur ab alienatione rerum eccleſiæ ad alienationem rerum piæ cauſæ.*

Centeſimotrigeſimoſeptimo, in alienatione rerũ piæ cauſæ eadem ſolẽnitas requiritur, quæ in alienatione rerum eccleſiæ. Ita voluerunt Hoſt. Ioan. Andr. Anto. Imol. & Panor. qui hoc dicit ſemper eſſe notandum, & Barb. in cap. nulli. de rebus eccleſ. non alie. per textum in §. quia vero, in authen. de non alien. qui eſt cano. in c. hoc ius porrectum. 10. quæſt. 2. Ange. in l. 2. C. de fide inſtrumen. Imol. Felyn. & Petrus Anthar. conſi. 274. ad declarationem dubii, col. i. Pau. Liaz. & alii poſt eum in clemen. quia contingit. §. illud, de religio. domi. & Paul. Caſtrenſ. conſi. 269. dubitatur nunquid hoſpitale, colu. i. lib. i. & conſi. 16. incipien. tale factum fuit, & iterum cõſilio 295. incipiente, propoſita mihi, & Philippus Franc. qui hoc dicit ſingul. in cap. i. colum. 2. de rebus eccleſ. non alien. libro 6. Qualiter tamen hoc intelligatur quantum ad bona hoſpitalium, videbis per Felynum in dicto cap. de quarta, colum. 2. de præſcrip. & Philippus Fran. vbi ſupra.

*Eadem requiritur ſolẽnitas in alienatione rerum piæ cauſæ, quæ in alienatione rerum eccleſiæ.*

*Quid in alienatione bonorũ hoſpitalium.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumtrigeſimumoctauum priuileg.

*Reſtitutio in integrum eodem modo competit piæ cauſæ, quo eccleſiæ.*

*Eccleſia reſtituitur in integrũ ratione læſionis.*
*Et pia cauſa.*

Centeſimotrigeſimooctauo, non diſſimile eſt præcedentibus, quòd ſicuti eccleſia reſtituitur in integrum ratione læſionis, c.1.& per totum titul. de in integrum reſtitutio. ita & pia cauſa, vt voluit Ioan. And. in c.1.& c.2. & ibi Ioan. de Imo. & Domi. de in integrum reſtitutio. lib.6.& Petrus Anch. in c. nulli, de rebus eccleſ. non alienan.& Paulus, qui hoc quoque dicit eſſe ſemper meñti tenendum, in d.c. nulli, in fin. & in c. cum eſſes, colum. vlti. de teſtamen. vbi hoc dicit ſingu. & Fran. Aret. in l.1. colu. vlti. in duodecimo priuilegio. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ita quoque voluerunt loquendo de hoſpitali, Innocen. Petrus Anch. & Imo. in c. n ſi eccleſiæ. de præbend. *Bal.* & Paul. Caſtr. in l. orphanotrophos, poſt princi. C. de epiſcop. & cleric. Bal. conſi. 465. in ciuitate Brixiæ, libr. 1. & conſi. 381. quæſtio ſubtilis eſt, colum. 1. lib. 3. Panormita. in cap. 1. alias 2. colum. penulti. & vlti. de in integrum reſtitut. alias de præſcrip. & Roma. conſi. 407. cum præſupponatur, poſt princip.

*Et hoſpitale.*

## Centeſimumtrigeſimum nonum priuilegiũ.

*Piæ cauſæ præſcribuntur tantum ſpatio quadraginta annorum.*

*Contra eccleſiam currit tantum perſcriptio quadragĩta annorum.*
*Et contra pias cauſas.*

Centeſimotrigeſimonono, ſicuti contra eccleſiam nõ currit præſcriptio, niſi quadraginta annorum, per l. vlti. & authenti. quas actiones, C. de ſacroſ. eccle. ita nec etiã contra pias cauſas, per textum in §. cum temporibus, in authent. de eccleſ. titul. & voluit Bald. qui hoc dicit notab. & menti tenendum in dicta authenti. quas actione, & in l. in genero, in fi. D. de his qui not. infa. verſic. vltimo præmitto. Panormit. in c. de quarta, in 6. notab. & ibi late Fely. col. 1. & 2. de præſcrip. idem Panormit. in c. accedenti-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cedentibus, in ſecundo not. de priuileg. & conſi. 54. hoc capite factum ſuper quo, &c. colum. 2. verſi. hoc tame n, lib. 2. vbi reprehendit Fede. qui conſi. 101. incip. vtiliter fuit. tenuit ſufficere poſſeſſionem triginta annorum, idē quoque tenuit Maria. qui alios quoque allegat in tract. de oblationibus, in 5. quæſtio. noui libelli. Iaſon in §. ex maleficiis, colu. 11 Inſtitu. de actio. Franciſ. Balb. in 1. par. 5. par. col. 2. verſi. amplia quarto.

*Qui dicant ſufficere poſſeſſionē triginta annorum.*

## Centeſimumquadrageſimum Priuilegium.

*Pia cauſa et eccleſia de iure æquiparantur, ac eiſdem gaudet priuilegiis.*

Centeſimoquadrageſimo, generaliter eiſdem gaudet priuilegiis quælibet cauſa pia, quibus & eccleſia, vt voluerunt Ioan. Andr. Petrus Anch. & Domin. in d. c. 1. de in integrum reſtitu. libro 6 & Innocen. in c. relatum, de teſtamen. & ibi Panormita. colum. vlti. qui dicit huius eſſe rationem, quia eſt eadem vtriuſque ratio, nam eccleſia ſua priuilegia habet propter animam, & contemplationem Dei, & idem Panormita. in dicto c. nulli, ante fi. de rebus eccleſ. non alien. vbi reddit etiā rationem, quia hæc duo, videlicet eccleſia & pia cauſa, reperiuntur de iure æquiparata, per c. requiſiti. §. ſecus autem, de teſtament. & facit c. xenodochus, cum c. ſequen. de rleigioſis domibus, & idem Panormita. in cap. 1. de in integr. reſtitut. & in dicto c. accedentibus, de priuileg. & conſil. 102. circa perſonarum, colum. vlt. verſicu. & idem dicendum, lib. 2. & Petrus Anchara in clement. cauſam, de electio. & in clement. diſpendioſam, de iudic. Barbat. late in cap. vlti. de teſtament. & Philippus Francus in dicto c. 1. colu. 2. de rebus eccleſ. non alienan. lib. 6. & bene facit textus in l. priuilegia. & quod ibi notat Barto. C. de epiſcopis & cleric. & ſcribitur in cap. ſciant cuncti, & in c. generali, poſt princip. de electio. libro ſexto, & in c. grandi. & ibi Petrus Ancharanus, Cardina. Floren. & alii de ſupplend. neglig. prælat.

*Quælibet pia cauſa eiſdē gaudet priuilegiis, quibus eccleſia.*

*Eadem eſt ratio piæ cauſæ et eccleſiæ.*

*Eccleſia et pia cauſa de iure æquiparata.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumquadrageſimumprimum priuil.

*In pijs cauſis et minorum perſona re ipſa et ex ſolo tempore tardius pretij exoluti mora contrahitur.*

*Sine interpellatione non cõtrahitur mora.*
*Aliud in minore creditore.*
*Et in pijs cauſis.*

Centeſimoquadrageſimoprimo, licet alias non contrahitur mora ſine interpellatione, aut diei, aut hominis, per not. in l. magnam, C. de contrahend. & commit. ſtipul. cum ſimil. tamen ſicuti hoc fallit in minore, cui quicquam debetur, per text. glo. & doćto. in l. in minorum. C. in quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſar. & in l. Titia Seio. §. vſuras, D. de legat. 2. & alibi dixi plenius, ita quoque in piis cauſis, per textum in dićta l. Titia Seio. §. vſuras, quem ad hoc expendit Bal. in authent. hoc amplius, col. penul & ibi etiam Iaſon, col. i. C. de fideicommiſſ. & voluit glo. not. in §. item miſſa. in verbo, in iudicium. Inſtitu. de aćtio. quam ſequ tur & facit ſingular. Ro. ſingu. 116. tu habes quod in minore. vide Iaſo. in dićta authent. hoc amplius.

## Centeſimumquadrageſimumſecundum pri.

*Omnia priuilegia competētia minoribus, competunt eccleſiis.*
*Minores et pia cauſæ æquiparantur.*
*Administratores piorum locorum æquiparantur tutoribus, et curatoribus.*
*Pius locus æquiparatur minori.*

*Eccleſiæ et alia pia loca in omnibus minorum iure utuntur.*

Centeſimoquadrageſimoſecundo, vt generalius loquar, omnia priuilegia competentia minoribus, competunt eccleſiis, & aliis piis locis: à pari etiam procedunt minores & piæ cauſæ, vt patet ex tex. in l. orphanotrophos, in princip. C. de epiſcop. & cleric. vbi adminiſtratores piorum locorum æquiparantur tutoribus, & curatoribus, & ibi expreſſe notat Bal. & Paulus Caſtren. poſt principium, hoſpitalia iure minorũ vti: & eſt ſimilis text. quem etiã not. Imol. in clement. quia contingit. §. vt autem præmiſſa, de religio. domib. & expreſſe voluit Rom ſingul. 93. incipien. habui quæſtionem, vbi dicit, quòd minori pius locus æquiparatur, & per hoc decidit pulchrã

quæ-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

queſtionē,& Mathe. not.xliiii.nota quòd eccleſiæ,ubi hic dicit ceſſare in uno caſu. Et hoc procedit ex cōſequētia eorū quæ diximus in præcedentibus priuilegiis, quibus late oſtēdimus eccleſiā, & piā cām æquipararı: quia etiā eccleſia,& minor à pari ꝓcedūt. per tex.in c.i.& in c.auditis.& ibi late glo.& doct. de in integ. reſti.& propterea ſæpiſſime ſumitur argumētū à minore ad eccleſiā, ut per gl.in l.reſpublica. C.quib. ex cau.maio.& l.ſi in rē.C.quād.ex fac.tut.cū multis ſimilibus late cōgregatis per Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à minoribus ad eccleſiā,ubi hoc ex aliorū ſentētia limitat,ut per eum uidere poteris.

*Eccleſia et minor à pari procedunt.*

*Argumentū uſitatiſſimū à minore ad eccleſiam.*

## Centeſimumquadrageſimumtertium Priui.

*Fiſcus et eccleſia in omnibus æquiparantur.*

Centeſimoquadrageſimtertio, ſimiliter omnia priuilegia cōpetentia fiſco, cōpetūt & eccleſiis,& aliis piis cauſis, ut licet uidere ex multis, quæ ſupra diximus, quibus adde gloſſ.in l.ſi procurator.§. ult.D.de iu.fiſc.quæ trahit illum tex.ad eccleſiā.quam ſequitur Bart.in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor. D.de re iudic. & etiam Panor.in c.ii.in fi.de preca.cum multis ſimilibus adductis per eundem Eueral.in loco de fiſco ad eccleſiam,uel ad piā cauſam. Et ſi quis uelit uidere priuilegia fiſci,legat Bal.in l.i. C.de hæred.uel actio.uend.& Saly.in in l.ulti.C.de priuil.fiſc.& Eueral.ubi.ſupra, et Franc. Luca.in eo tract. quem de priuilegio fiſci nuncupauit.

*Priuilegia fiſco cōpetentia etiā eccleſijs competunt.*

*Argumentū de fiſco ad eccleſiam.*

*Priuilegia fiſci quæ.*

## Centeſimumquadrageſimumquartum Pri.

*Eccleſia uiolenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ, non incidit in conſtitutionem l.ſi quis in tantam. C.unde ui.*

Centeſimoquadrageſimoquarto, licet uiolenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ apud alium conſtitutæ, priuetur dominio eius rei, per l.ſi quis in tantam. C. unde ui. tamen illud non procedit in eccleſia, aut alia pia cauſa,

*Violenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ, priuatur dominio eius rei.*

*Secus in eccleſia.*

ſecun-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſecundũ glo. in c.i. in uerbo, rigor. et ibi docto. de dol. et contu. & Benedict. Capra, conſi. xxxii punctus, caſus eſt talis. colu. penulti. & bene facit quod hic diximus in xlv. priuilegio, de legatario occupante legatum propria authoritate.

## Centeſimumquadrageſimumquintum pri.

*Arbritratore non arbritante, fauore piæ cauſæ recurritur ad arbitrium boni uiri.*

*A perſona arbitratoris poſteà non arbitrantis non receditur.*

*Nec itur ad arbitrium boni uiri.*

*Extinguitur tamen compromiſſum.*

*Aliud fauore piæ cauſæ.*

*Vt in dote.*

*Et in cauſa alimentorum.*

Centeſimoquadrageſimoquinto, licet à perſona arbitratoris electi à partibus. poſtea non arbitrantis, non recedatur, ut eatur ad arbitrium boni uiri, & ſic iudicis, ac conſequenter extinguatur compromiſſum, & ſtipulatio in id facta, l. ulti. C. de contrahen. empt. l. ſi marces. in princip. D. loca. l. ſi quis arbitratu. D. de uerborum obliga. & ibi concord. in gloſ. fallit tamen fauore piæ cauſæ, ubi arbitratore non arbritante, recurritur ad arbitrium boni uiri. textus eſt loquens in cauſa dotis. in l. iii. C. de dot. promiſſ. & in l. cum poſt. §. gener. D. de iure dotiũ. & uoluit gloſſ. etiam in dote, in l. ulti. in gloſſ. iii. & ibi Bald. colum. iii. in v. oppo. C. de contrahed. emptio. & Bart. in l. i. colu. iii. D. ſoluto matrimo. ubi dicit hoc quoque procedere in cauſa alimẽtorum, & alia pia cauſa. & Baldus in l. ultima, uerſi. pone declaratio dotis. C. de ſenten. quæ ſine certa quãtit. Rom. in dicta. l. ſi quis arbitratu. & ibi Iaſon col. iii. in quarta limitatione. Sed aduerte huc paululũ: quĩa illi tex. qui ad hoc allegãtur, nõ probant, uidelicet in d. l. iii. & in §. gener. nã loquuntur quãdo arbitrium erat collatum in perſonam debitoris debẽtis ſoluere dotem: quo caſu quãdo pars, cui committitur arbitrium, nõ vult arbitrari, recurritur ad iudicem in omnibus contractibus. per textum in l. hæc uẽdicatio. D. de rei uendi. & not. gl. Bart. Alex. & alii in dicta l. ſi quis arbitratu. ubi & Iaſon hoc perpendit, nec aliud dicit.

*Arbitrio collato in perſonam debentis, nec poſteà arbitrãtis, recurritur ad iudicem.*

cen

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumquadrageſimumſextum priuil.

*Semper in fauorem piæ cauſæ iudicandum eſt, etiam ſi ſuſtineat partem actoris.*

Centeſimoquadrageſimoſexto, licet alias cum ſunt iura partium obſcura, reo fauendum eſt potius quam actori, c. cum ſunt. de regul. iur. libro vi. cum concordantiis ibi adductis per gloſſ. & doctores. fallit tamen in cauſa pia, in qua ſi æquales ſunt utriuſque probationes, ſemper pro pia cauſa iudicandum eſt: etiam ſi ſuſtineat partes actoris. textus eſt nota. loquẽs in libertate, in l. lege Iulia. D. de manumiſſ. id quod trahit ad omnẽ piam cauſam Speculator titul. de teſtib. §. poſtquã de teſtibus. uerſicul. ſed quid ſi contingat. & Romanus qui nullam Specul. facit mentionem in authẽt. ſimiliter. in primo ſpeciali, circa iudicia. ubi hoc dicit eſſe notandum ad materiam c. in noſtra. de teſtib. & l. ob carmen. §. ſi teſtis. D. eodẽ titu. & idem etiam uoluit Barba. in dicto c. ex literis. & rurſum in c. in præſentia. de probatio. et Corſet. in ſuis ſingul. in uerbo, pia cauſa, in dubio ſtamus. Sed et illũ textũ ad omnem cauſam fauorabilem trahit Bald. in l. cum magiſtratus. in ultima quæſtio. C. quando prouoc. nõ eſt neceſſ. ubi illũ dicit eſſe not. et mente tenendũ, et in c. i. §. ad hoc. in uerbo, prõptiores. tit. hic finit lex Conradi etc. ubi dicit ſingu. et in c. i. ad ſi. de cõtract. inter me et domi. ubi dicit multum notandum, et in c. ulti. colum. iii. de re iudic. et ante illum Cyn. in l. i. et ibi quoque ipſe Bal. C. de uſuris.

*In ambiguis reo fauẽdum eſt potius, quàm actori.*

*Secus in pia cauſa.*

*Vt in libertate.*

*Extenſio ad omnem piam cauſam.*

*Extenſio ad omnem piam cauſam fauorabilem.*

## Centeſimumquadrageſimumſeptimum Pri.

*Diuerſis ſententiis à iudicibus prolatis, fauor ſententiæ pro pia cauſa dictæ præualet: niſi euidenter nunquam ex actis appareat.*

*In diuerſis ſententiis à paribus numero.*

Centeſimoquadrageſimoſeptimo, ſimiliter licet alias inter pares numero iudices ſi diuerſæ ſententiæ proferan-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*iudicibus prolatis, quæ in rei fauorem eſt, in dubio aſſumitur.*

ferantur in dubio ea ſit aſſumēda, quæ pro reo facit, l. inter pares. D. de re iudica. & c. ulti. extra eodem. Id quod etiã fuiſſe obſeruatũ apud antiquiores teſtis eſt Ariſtoteles lib. quæſtionum xxix. c. xiii. ubi huiuſce rei multas rationes attulit. In hoc tamen caſu ei ſtandũ eſt, quæ eſt in fauoré piæ cauſæ, etſi ea actoris partes ſubeat, per text. in d. l. lege Iulia. D. de manumiſſ. & dicta l. inter pares. & dicto c. ulti. & ita in omni pia cauſa uoluit Roma. in ſecundo ſpeciali, circa iudica. Nam & eundem fauorem habet cauſa dotis, per dictum c. ulti. cum pia cauſa ſit æque fauorabilis, ac imo fauorabilior, ut ſæpe diximus, & dicemus poſtea latius. Et ꝓpterea dicit Vinc. & poſt eũ Ioã. Andr. Panor. & omnes in dicto c. ultimo, hoc idem quoque locum habere in aliis caſibus fauoralibus, quod & ſatis declarat text. ibi, & uoluerunt etiam Specu. & Ioan. Andr. in additio. ipſius titu. de teſte. §. poſtquã de teſtib. uerſicu. ſed quid ſit cõtra. & Ioan. And. in c. in noſtra. de teſtib. Alex. & Iaſ. in d. l. inter pares. D. de re iudic. Sed hoc tamẽ limita procedere, niſi eb ſentẽtia lata pro cauſa pia eſſet euidenter iniqua, per textum in l. ſi pars iudicantium. D. de inofficio. teſtam. quæ licet loquatur ſolũ in cauſa teſtamenti, extenditur tamen ad omnem aliam cauſam ſimilem, & fauorabilem, ut dicit Angel. poſt gl. ibi, expreſſim illum textum ad limitationem dicti c. ulti. & idem Angelus in l. cum magiſtratus. C. quãdo prouo. non eſt neceſſ. & Alex. in l. duo iudices, colum. 4. D. de re iudica. & dicit Ange. in d. l. ſi pars. euidenter eam eſſe iniquã, quæ ex actis apparet, ut not. per Innocẽt. in c. ex inſinuatione. de appell. de qua re latius uidebis per doct. & maxime recentiores in c. inter ceteras. de re iudi.

*Niſi aliud dictet fauor piæ cauſæ.*

*Item fauor dotis.*

*Pia cauſa fauorabilior dote.*

*Extenſio ad alios caſus fauorabiles.*

*Limitatio quo ad ſententiã latã fauore piæ cauſæ.*

*Sententia euidenter iniqua dicitur, quæ ex actu apparet iniqua.*

## Centeſimũquadrageſimũoctauũ Priuilegiũ.

*In dubiis ſemper fauendum eſt piæ cauſæ.*

*Fauor piæ cauſæ.*

Centeſimoquadrageſimooctauo, generalius ſemper in dubiis tenenda eſt ea pars, & opinio, quæ fauet piæ cauſæ: ita uulgo allegatur l. ſunt perſonæ D. de religio. per

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

per quam ita dicit Petrus Ancharan. conſilio xlvi. prima facie uideretur. Imol. & recentiores in c. in præſentia. de probatio. Rom. in l. ſeninm. & in l. penul. C. qui teſtamen. face. poſſunt. Cumanus conſ. cv. quædam domina Lucia. colum. iii. Alexand. conſil. cxxi. uiſo themate. colum. iii. libro i. & conſil. xxxi. ſuper contentorum, colum. iii. & cxc. plura narrata ſunt, in fi. lib. vi. & cõſ. 204. hoc capite perſpectis uerbis, col. iii. uerſicu. rurſus dato, eodem libro vi. recentiores in l. i. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſcribunt omnes ubique.

## Centeſimumquadrageſimumnonum priuil.

*Relicta ad pias cauſas ſunt mixti fori: adeo ut laicus etiam teneatur ſtare iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici.*

Centeſimoquadrageſimonono, ubi uerſatur cauſa pietatis, habet etiam epiſcopus iuriſdictionem in laicos, l. i. & ibi Bald. C. de epiſco. audi. & c. i. & ibi Hoſtienſ. qui dicit non ualere conſuetudinem in contrarium. Panormi. in ultimo notab. & iterum in fin. ubi hoc dicit not. Bar. & Anto. Burg. etiam in ultimo notab. de emptio. & uendi. & in c. cum ſit generale. & ibi Panormita. in ſecundo notab. de foro compet. Et propterea dicit gloſſ. in c. relatum, huius initii i. de teſtament. quòd in relictis ad pias cauſas poteſt ſemper adiri iudex eccleſiaſticus. contra quoſcunque: quam gloſſ. ſequitur, & dicit ſingul. Panormita. ibi, in fine. Sed eſt etiam gloſſ. in c. ſi hæredes. & ibi Innocen. Hoſtien. Ioan. Andr. Panormit. & alii, de teſtamẽt. Sed & de hoc eſt textus in l. hæreditas. ubi gl. Bald. in utraque lectione, & Angel. D. de petitio. hæredit. & in §. ſi quis autem ædificationem. in authentic. de eccleſ. titul. & ita quoque uoluit Innocen. & Ioan. Andre. in c. ſignificãtibus. de offic. delega. & idem Innocẽt. in c. nos quidẽ. de teſtamen. Archidi. in c. Silueſter. xi. q. i. Specul. de offic. iudic. §. i. uerſicul. itẽ imploratur. cõtra hæredes, & in tit. de inſtrumen. edi. §. nunc. aliquãdo. uerſicul.

*In cauſis piis habet epiſcopus iuriſdictionem etiam in laicos. Nec ualet cõſuetudo in cõtrarium.*

*In relictis ad pias cauſas poteſt iudex eccleſiaſticus adiri cõtra quoſcunque.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ficul.et ſcias. Angel.conſi.cxxix.hoc initio bona dicti te ſtatoris,et con.cxxvii.quidam Hugucius.paulo ante finem,ubi ad hoc etiam allegat l.nulli.et l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſcop.et cleric.Canono.in c.ſignificantibus.de offic.deleg.Floria.in l.cũ quidã.§.ſi dies.D.de uſur. et in l.qui erat.colum.i.D.famil.erciſcun.Bar.in l.ſolent.colu.ii.uerſic.quæro coram quibus iudicibus.C.de alimen.et ciba.lega.Franciſ.Areti.in dicta l.i.colu.ulti.in decimoquarto priuilegio.C.de ſacroſ.eccleſ.Alexand.conſil.clxx.circa primum dubium,in prin.libr.ii.Stepha.Bertrand.cõſ.xciiii.relicta.nume.ix.lib.2.et hoc omnes fatẽtur eſſe miſti fori, de quo latiſſime per Barb.conſi.xlii.clementiſſimum Deũ, colum.antepenul.uerſi.capio nunc ſecundam dubitationem,& ſequen.uſque ad fi.conſil.lib.4.

## Centeſimumquinquageſimum priuilegium.

*Cognitio legatorum ad pias cauſas ſpectat ad forum principis.*

*Cognitio relictorum ad pias cauſas pertinet ad iudices Regios.*

*Priuilegium euocandi aduerſarium ad forum principis competit pupillis et uiduis.*

*Princeps ſpecialis protector miſerabilium perſonarum.*

*Legatum eiſdem relictum dicitur ad pias cauſas.*

Centeſimoquinquageſimo, cognitio cauſæ legatorum relictorum ad pias cauſas pertinet ad iudices Regios,nõ etiam ad inferiores, per textum à nemine,quẽ uiderim, hucuſque ad hoc expenſum,in l.hæreditas.§.ſi defuncto.D.de petitio.hæredita.in uerbis, principali authoritate,id eſt principis,ut ſcienter exponit gloſ.Et hoc quidem confirmatur ex l.i.C.quando Imper. inter pupil.et uid.ubi pupilli,uiduæ, atque aliæ miſerabiles perſonæ habent priuilegium, ut poſſint trahere aduerſarios ad forum principis, prætermiſſo ordinario. Nam,ut ibi dicit Baldus,princeps eſt ſpecialis protector huiuſmodi perſonarum. Legatum autem relictum his perſonis dicitur ad pias cauſas,ut poſtea dicemus, ex quo potes intelligere illud ad hunc locum pertinere.



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

## Cẽteſimumquinquageſimumprimum priui.

*Iudicium populáre datur pro leg.itis ad pias cauſas.*

Centeſimoquinquageſimoprimo, poteſt quilibet de populo agere pro relictis ad pias cauſas. textus eſt notab. in §. ſi uero ſanctiſſimus. uerſicul. ſi autem hæres. ubi Angelus notat titu. de eccleſ. titul. & ita uoluit per illũ textum Specula. in titul. de inſtrumen. edit. §. nunc uero aliqua. quæſt. lxv. uerſic. ſed nonne quilibet de populo. Barto. in l. ſi quid relictum. D. de legat i. Baldus in l. nulli colum. penulti. uerſicu. ultimo not. per textum ibi, C. de epiſcop. & cleric. & in authenti. hoc amplius. colum. iii. uerſic. quæro ad cuius petitionẽ. C. de fideicõmiſſ. & in d. authenti. ſimiliter. in tertio ſpeciali, circa iudicia. ubi dicit illũ textum, in dicto §. ſi uero eſſe ſingul. & perpetuo memoriæ cõmendandum. & idem Romanus qui eum dicit ſingul. conſi. lxix. uiſo quouis themate, colu. i. uerſic. ſecũdo principaliter. & apertius cõſ. ccccxxviii. in terminis propoſitæ conſultationis. colu. 3. uerſic tertio ad idem. & barba. in rub. de reſcript. in clement. col. viii. uerſi. quinto niſi fuiſſet, in lectu. & in ca. ſi hæredes, poſt alios ibi. de teſtamẽ. & conſ. viii. ſcribitur præclare, colu. vii. lib. i. & conſil. xii. ſcribitur apud prophetam, colum antepenul. uerſicu. & ſi opponatur, ubi dicit ad hoc text. in dicto §. eſſe ualde. ſingu. & cõſi. xxxii. illud in medium afferam, colu. iii. lib. item iii. redeo ad materiam. & Stepha. bertrand. conſi. ccxliiii. uiſo proceſſu, nu. 4. lib. i.

*Quilibet de populo rectè agit pro pijs cauſis.*

## Centeſimumquinquageſimumſecũdum pri.

*Officium iudicis, nemine etiam petente, in pijs cauſis interponendum eſt.*

Centeſimoquinquageſimoſecundo, licet alias iudex non poſſit, nec debeat impertiri officium ſuum irrequiſitus, l. 4. §. hoc autem iudicium. D. de damno infect.

*Iudex non debet impertiri officium ſuum irrequiſitus.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Niſi in pijs cauſis.* fect. cũ concordan. ibi adductis. fallit tamẽ in cauſis piis, quibus nemine petente poteſt iudex officiũ ſuum imper tiri, imo debet. text. eſt elegans in l. nequicquã. §. ul. uer ſicu. plerunque, ubi & hoc not. bar. D. de officio. procõ ſu. & in l. profectitia. §. ſed & ſi proponas. D. de iure dot. & in l. qui erat hæres. D. fam. erciſcun. & bar. in dicto §. autem iudiciũ. in 4 oppo. & ibi quoque Imol. & Alexan. *alioquin puniendus erit.* ex quibus barto. quem ſequitur Alex. dicit iudicem, niſi id fecerit, puniendũ. Innocen. in c. ad noſtram. huius initii ii. de iureiurãd. Specula. titu. de teſtamen. §. in primis. *Idem in libertate.* uerſicu. pone nullus. Cynus & bal. in l. mulierem. per illum textũ loquentẽ de libertate. C. ſi. manc. ita alie. fue. bal. in dicta l. nequicquam. §. ubi decretum. colum. x. de officio procõſul. & in authent. ad hæc, ad ſi. C. de uſuris. & in l. uni. colu. xvii. C. de confeſ. & in c. bonæ, huius initii i, colu. ii. uerſic. & ſcias. de poſtul. prælat. & conſi. 151. ſuper primo pũcto, in fin. lib. 4. & in l. hæreditas. §. i. in i. lect. & ibi etiam Angel. D. de petitio. hæredit. Rom. in dicta authet. ſimiliter. in v. & rurſum undecimo ſpeciali, circa iudica. Panormi. in c. nos quidem. in quarto notab. de teſtam. Florianus in l. cum quidam. §. ſi diem. D. de uſur. & in l. qui erat. col. i. in fin. D. famil. erciſcun. Calca. conſil. xiii. pro parte negatiua, col. v. uerſic. & quod fortius eſt. Barba. d. conſil. viii. & conſil. xxxii. ſupra in præcedenti priuilegio alleg. Alexand. in l. diui. colum. ii. uerſu. *Et in cauſa alimentorum.* nota caſum. per illum textum loquentem in cauſa alimẽtorum. D. ad legem Falcid. & bene facit gloſſ. in c. cupiẽtes. §. cæterum. in uerbo. contumacia. de electio. lib. 6. cũ dicit iudicem poſſe impertiri officium non petitum, ubi ueritur animæ periculum, per textum in cap. cum nobis olim. de electio. quod & uoluit Speculator in titu. de diſpu. & alleg. §. ulti. uerſicu. probationes. in ſi. per c. cũ inhibitio. de cland. deſpõſ. Et quod etiã in cauſa dotis, quę & ipſa pia cauſa dicitur, ut poſtea dicemus. Id quoque procedit per textũ in l. ſi cũ dotem. §. necnon illud. uerſiculo, ideoq;. & ibi Raphael, & Paulus caſtrenſ. D. ſoluto matrimonio.



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumquinquageſimumtertium priu.

*In cauſa alimentorum non admittitur appellatio. Quod an in omni pia cauſa obtineat, in utranque partem diſputatur.*

Centeſimoquinquageſimotertio, à ſententia lata in fauorem piæ cauſæ non licet appellare, ita ſunt qui putant, per id quod voluit Bar. in l. ſolent, col. vlti. & iterũ in l. Mela. D. de ali. & cib. lega. quòd in cauſa alimentorum non admittitur appellatio, per l. vlti. D. de appel. recip. vbi dicitur, quòd ſi res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, quod & idem voluit ipſe Bart. ita dicens voluiſſe Franc. Tig. in ſuo tractatu de alimentis, col. vlti. verſi. quæro an à ſententia. Et idem quod de pia cauſa diximus, ſentit Bal. in repet. l. i. char. penul. in 9. q. in fi. dum dicit procedere cum res dilationem non recipit, vbi de ſalute corporis agitur, per d. l. vlti. D. de appel. recip. multominus, cum tractatur de ſalute animæ. Verum contrariũ tenet Ro. in d. auth. ſimiliter, in 6. ſpeciali, inter iudicia, & Alex. in addi. Bar. in d. l. Mela. moti, qa ſemper cenſetur permiſſa appellatio, niſi expreſſe reperiatur prohibita. l. & in maioribus. C. de appel. ſi is quẽ. C. de libe. cauſ. & l. 2. §. ſi is. D. quando appel. ſit. Deniq; quia in cauſa decimarũ, quæ vtique pia eſt, vt quæ pro anima tribuuntur, permittitur etiam appellari, vt voluit glo. ordi. in c. Tuta nobis, vbi etiam doc. qui diſtinguunt, extra de deci. quem ſequitur Spe. in titu. de appel. §. in quib. verſi. ſed nunquid. Nec obſtat quod dictũ eſt de alimentis, quia id omnino indubitatum eſt. Fuerunt enim multi qui contrarium tenuerunt ea ratione, quam ſupra adduximus, vt licet videre per Specu. & Ioan. And. vbi ſupra d. §. in quib. verſi. ſed nũquid quando iudex, vbi in ea re diſtinguũt. Sed eo cõceſſo nõ propterea ſequitur, vt id quoque procedat in aliis piis cauſis, in quib. ea rõ, cui innititur, qui illã ſniam tenuerũt, nõ procedit, videlicet, quia res dilationẽ nõ recipit, p dictã l. vlti. iõ cogita.

Cen-

*A ſententia lata in fauorem piæ cauſæ nõ appellatur.*

*Vt in cauſa alimentorum.*

*Si res non recipiat dilationẽ, nõ appellatur.*

*Modo de ſalute corporis agatur.*

*Et multo minus, ſi de ſalute animæ.*

*Contrarium aſſerentes:*

*Permiſſa cenſetur appellatio, niſi ſit prohibita.*

*In cauſa decimarũ licita eſt appellatio.*

*Reſponſio ad obiecta.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

## Centeſimumquinquageſimumquartum pri.

*Querela non numeratæ pecuniæ etiam ultra biennium in piis cauſis introducitur.*

*Exceptio nõ numeratæ pecuniæ non opponitur poſt biẽniũ. Piæ tamen cauſæ perpetuo cõpetit.*

Centeſimoquinquageſimoquarto, licet alias exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentem non poſſit opponi poſt biennium, vt per totum titul. C. de non nume. pecu. & Inſtitut. de lit. oblig. tamen piæ cauſæ perpetuo competit huiuſmodi exceptio. Ita notab. voluit Bal. loquens in eccleſia in authenti. hoc ius porrectũ, col. pen. verſi. vlterius haberis hic, in fine, per tex. ibi, ad hoc ſubtiliter inductum. C. de ſacroſ. eccle. Id ſequitur & reputat ſingu. trahitq; ad omnem piã cauſam, Ro. vbi ſupra, in ſeptimo ſpeciali, & Calca. conſi. 13. pro parte negatiua, col. 3. verſi. nono idem in exceptione. Cui adde quod & ibi voluit ipſe Bald. in c. in præſentia, col. 2. verſic. ſed quid poſſet, de probatio. vbi plus dicit, quòd ſi abbas habeat licentiam accipiendi mutuum, & fuerit confeſſus accepiſſe, poterit quandocunque obiici exceptio nõ numeratæ pecuniæ, niſi conſtet de vera numeratione. per dictam authen. hoc ius porrectum. Nam & dicta licentia intelligitur de mutuo naturaliter vero, non de chirographo, vt ipſe dicit, & ficto, ſecundum Iac. de. & Cy. in l. 7. D. ſi certum peta.

*Abbas confeſſus ſe accepiſſe mutuum ſpe futuræ numerationis poeſt perpetuo opponere exceptionem.*

*Licentia accipiẽdi mutuũ intelligatur de mutuo uero, nõ ficto.*

## Centeſimumquinquageſimumquintum pri.

*Actor in piis cauſis recte poſtulat fieri ſibi inſtrumentorum rei exhibitionem.*

*Reus non tenetur edere propria inſtrumenta actori.*

*Secus fauore piæ cauſæ.*

Centeſimoquinquageſimoquinto, licet alias non teneatur reus edere inſtrumenta propria auctori ad fundãdam ſuam actionẽ, per l. i. & l. qui accuſare, & l. vlti. & ibi plene not. C. de eden tamẽ hoc fallit fauore piæ cauſæ, cui agenti tenetur reus edere. Ita voluit Bal. in c. i col. 2. verſi. ſed contra hic opponitur, & Anto. & Panor. col. 3. Franciſ. Aret. & late Fely. col. 6. in 4. fallen. & latius Philip.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

lip. Dec. col. 9. ver. tertio extēditur, & in multis ſequen. de probatio. Roma. in l. i. D. ſoluto matrimo. & in d. authen. ſimiliter. in ſexto ſpeciali, circa iudicia, Alex. in l. vlti. in 17. fallen. & ibi Philipp. Dec. col. pen. C. de eden. & Iaſon in l. i. col. 2. C. eodem titu.

## Centeſimumquinquageſimumſextum priui.

*An diebus feriatis conſiſtat iudicium in pijs cauſis.*

Centeſimoquinquageſimoſexto, in cauſis piis procedi poteſt, etiam feriatis diebus, vt voluit Specula. titu. de fer. §. ſequitur. verſic. poſt authoritatem argumen. c. vltinam 77. diſtinct. & c. nunquam, de conſecratio diſtinct. i. & Barto. in l. diui. D. ad legem Falci. Bal. in c. vlti. in fi. de feriis, Paulus Caſt. in l. i. §. vlti. D. de fer. Romanus in d. authen. ſimiliter, in octauo ſpeciali, circa iudicia, per textum loquentem in cauſa alimētorum, in l. 2. D. de feriis, qui etiam loquitur de datione tutorum & curatorū, qui eſt actus pius, vt dicit ibi Baldus in princip. & per alium textum loquentē in cauſa fiſci, in l. publicas, C. eodem titu. cui & tu adde quod voluit Bal. quem ſequūtur Ang. Imol. Paul. Caſtr. & Franciſ. Aret. in l. i. D. ſoluto matrimo. vbi in cauſa dotis proceditur die feriata, quod & voluit Romanus in dicta l. i. §. vlti. D. de feriis. Super quo tamen diſtinguit Alexand. in dicta l. i. colum. 3. D. ſoluto matrimo. quem videas, vbi etiam diſtinguit de cauſa alimentorum, de quo etiam per Franc. Aret. conſ. 96. in cauſa & puncto. Et quanquam plerique omnes illud intelligant de feriis ad vtilitatem hominum introductis, poſſet tamen dici hoc quoque procedere in feriis in honorem Dei conſtitutis, per id quod voluit Barto. in l. ſi cum filiusfamilias, colum. 3. D. de donatio. quod ſi ſtatutum diſponit, quòd poteſtas poſſit procedere in certis cauſis, nulla iuris ſolennitate ſeruata, poterit procedere die feriata in honorem Dei, quia iſta eſt ſolennitas de iure Ciuili, per l. prouinciarum, & ibi ipſe Bar. C. de feriis, quod

*In pijs cauſis proceditur etiā feriatis diebus.*

*Et in cauſa alimentorum.*

*Donatio tutorum et curatorum eſt actus pius.*

*Et in cauſa fiſci.*

*Et in cauſa dotis.*

*Quod procedit tam in ferijs ad utilitatem hominum, quàm honorem Dei introductis.*

*Non procedere die feriata eſt ſolennitate iuris Ciuilis.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& idem tenet ipſe Bart. & Bald. in l. i. D. de milit. teſtam. Barto. in l. idem eſt. §. deportati. D. eodem titu. Bar. Bal. Ang. in l. milites. C. eodem titu. Petrus Auch. in clemen. ſæpe, de verborum obligatio. & Romanus in rubri. de ar bitr. in 17. quæſt. At certum eſt quòd in piis cauſis omnis ſolēnitas iuris Ciuilis remouetur, vt ſæpius diximus, ergo &c. Sed contra hoc tenent Imola & Rom. ſibi contrarius in d. l. ſi cum filiusfamilias. D. de donatio. per id quod habetur in d. clemen. ſæpe. vbi per illa verba, ſummarie, & de plano, non intelligunt derogatũ feriis in honorem Dei. Ratio eſt ſecundum Bar. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, figura, quia ſecũdum rationem naturalem, vel diuinam, quæ etiam appellatur naturalis, c. i. diſtinct. i. ſeruari debet, & coli feriæ in honorem Dei, propterea præcepit Dominus in teſtamento veteri, Sabbata obſeruari. Ex quo ſequitur quòd per ſublationem ſolennitatum iuris, nõ cenſetur permitti, vt procedatur huiuſmodi feriis, quia paria ſunt procedere ſine figura iudicii, & ſine aliqua iuris ſolennitate, vt dicit Barto. in dicto verbo, figura, & rurſum in verbo, videbitur. Nec obſtat d. l. prouinciarum, quia licet feriæ in honorẽ Dei ſint introductæ de iure diuino, vt dictum eſt, poteſt tamen id ius diuinum ius ciuile diſtinguere & limitare, vt non procedat in certo caſu, per not. in l. vlti. C. ſi contra ius vel vtilit. & in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitut. Sed in dubio per diſpoſitionem generalem, non videtur lex, vel ſtatutum derogare iuri diuino, per l. ſi à fratre. C. de teſtamen. milit. iuncta l. diuus. D. eodem titu. & per dictam clementi. ſæpe, & per hoc hanc poſtremam partem ſequitur Alexand. in dicta l. milites.

*In piis cauſis nulla iuris Ciuilis conſiderãda eſt ſolennitas.*

*Contrariæ opinionis authores.*

*Paria ſunt procedere ſine figura iudicii, et ſine aliqua iuris ſolennitate.*

*Reſponſio ad obiectiones.*

*In dubio per generalem diſpoſitionem non uidetur lex, uel ſtatutũ derogare iuri diuino.*

## Centeſimumquinquageſimumſeptimũ pri.

*In piis iudiciis non requiritur aliqua cauſæ cognitio.*

Centeſimoquinquageſimoſeptimo, in huiuſmodi cauſis procedendum eſt ſummarie, & de plano, ſecundum Specul.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Specul.titu.de inſtrument.edit.§.nunc vero aliqua. verſ. quæritur autem qualiter, alias verſi.iuxta hoc quæro an executor, & Bal.in l.i.in lectu.in fi.& ibi Franci.Are.col. vlti.in ſexto priuilegio.C.de ſacroſ.eccl.& l.hæreditas. §.ſi defuncto, in vtraque lectura, & ibi etiam Ang. D.de petitio.hæredita.declarat qualiter id intelligatur. Florianus in l qui erat, col.i.D. familiæ erciſcun. Romanus in dicta authen.ſimiliter, in nono ſpeciali, circa iudicia, vbi hac ratione dicitur, quia in cauſa dotis quæ pia eſt, hoc modo proceditur, per textũ, ſi recte, inquit, inſpiciatur, in clement.diſpendioſam, de iudi.& Barb.conſi.37.prope eſt dominus, col.5.libro 4.& Calca.conſi.13.pro parte negatiua, colum.4.verſic. ſed quod tam dotis, & Stephanus Bertrand.conſi.244.viſo proceſſu, col.4.nume.12.libro i.& conſi.94.relicta, numero 10.lib.i.Tu circa illud de cauſa dotis aduerte, quòd Bart.& alii in l.i.D.ſoluto matrimo.ſunt in ea ſententia, vt bene debeant dilationes coarctari, argu.l.2.D.de iudic.vbi & hoc Imol.annotat.& Bald.& Salyce.in l.vltima.C.de ſenten.quæ ſine certa quan.tamen quantum ad libellum, & alia ſubſtantialia iudicii debet ordinarie procedi, vt not.Bal. Angel.& Franciſ.Aret.in d.l.i.per nota.in l. ſi cum dotem. §.eo autem tempore.ibi, lis conteſtatur. D.ſoluto matrimo.& in l.3.ibi, more iudiciorum, vbi & hoc not.Bal.C. de dot.promiſſ.& voluit etiam Bart.in l.ſi conſtante.in 6.q.3.partis.D.ſolu.matrimo.

*In pijs cauſis ſummarie procedendum.*

*Et in cauſa dotis.*

*Diſtinctio quo ad cauſam dotis.*

## Centeſimumquinquageſimumoctauum pri.

*In omnibus dos et pia cauſa æquiparantur: et recte de dote ad piam cauſam in iure argumentamur.*

Centeſimoquinquageſimooctauo, generaliter omnia priuilegia dotis competunt & piis cauſis, vt conſtat ex aliis multis, quæ ſupra diximus, quibus & tu adde quę dicam infra, poſt hæc priuilegia, dum tractabimus quæ dicantur piæ cauſæ, & textum equiparantem dotem & piã

*Omnia priuilegia dotis competunt etiam pijs cauſis.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cauſam in c. donare, titu. quali, olim feud. alie. po. & multa quæ in eam rem congerit Eueral. in locis legalibus, in loco de dote ad piam cauſam. Sunt autẽ multa dotis priuilegia, quæ videre poteris per gloſſ. Barto. Bald. Imol. Paulus Caſtren. Rom. Alex. & alios in l. i. D. ſoluto matrimo. Specula. titu. de dote poſt diuor. reſtitu. in ſi. Bal. in rubri. C. de priuileg. dot. Salyce. in l. fina. C. eod. titu. Bapt. de S. Blaſio in ſuo tractatu de priuilegiis dotalib. vbi trecenta quinquaginta quatuor dotis priuilegia collegit, & Bal. Noue. in ſuo tractatu de dote, & Ioan. Campezinum in ſuo tractatu dotium.

*Dotis priuilegia quæ.*

## Centeſimumquinquageſimumnonũ priuile.

*Priuilegia pijs cauſis conceſſa an poßit à ſtatuentibus reuocari.*

*Conſtitutio ad pias cauſas facta non poteſt tolli per eos qui eam fecerunt.*

Centeſimoquinquageſimonono, ordinatio ſiue conſtitutio, vel conſuetudo, aut ſtatutum de diſtribuendo annuatim aliquid ad pias cauſas iure eleemoſynæ, non poteſt tolli per eos, qui huiuſmodi conſtitutionem, ſiue ordinationem fecerunt. textus eſt notab. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccle. & ibi Bar. in fine, qui de hoc dicit eſſe text. in c. ad apoſtolicam, de ſimo. ſequitur Ro. in dicta anthen. ſimiliter. in nou ſpeciali contractuum, qui & ad hoc allegat quod in ſimili voluit Ioan. And. in addi. Specul. titu. de inſtrumen. edit. 5. nunc vero aliqua, ad finem. Sequitur etiam Dominic. in c. quæ in eccleſiarum, colu. 3 de conſtitutio. & in c. i. colum. 7. eod. titu. libr. 6. Paulus Caſtren. in l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cleri. Calca. conſi. 13. pro parte negatiua. col. 4. verſic. ſic etiam vidi demus. Franciſ. Are. & Iaſon in l. non amplius. §. i. D. de lega. i. ad quod Paulus & Aret. hanc rationem adferunt, quòd pia cauſa non eſt ſubdita laicis, priuilegia etiã non ſubditis conceſſa non poſſunt à ſtatuentibus reuocari, ſecundum Innoc. in c. nemo. de iudic. Tu adde quod circa dictum cap. ad apoſtolicam, voluerunt Panormit. & Felynus

*Pia cauſa nõ eſt ſubdita laicis.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nus ibi,& idem Panormit.conſi.6. in quæſtione quæ vertitur,colum.3.verſicu.ſecundum remedium,lib.2.vbi & illud dictum Barto.ſequitur, vide etiam textum in c.veniens,huius initii.ij.& ibi Felyn.colum.5.extra de teſtibus,& Anto.Corſ. in ſuis ſingul.in verbo, pia cauſa ordinatio. Contrarium tamen voluerunt Cyn. imo. & Alexan.in dicta l.non amplius.§.1.D.de legat.1.moti,quia ſicut ciuitas potuit facere huiuſmodi ſtatutum & ordinationem,poteſt & tollere,per l.ſi quis in principio teſtamenti. D.de legat.3.& §.ſed naturalia,verſic.ea vero; Inſtitut.de iure naturali,gentium,& ciuili. Item quia ratione præſtationis non eſt in futurum ius quæſitum eccleſiæ, nec poteſt dici tale ſtatutum tranſiuiſſe in contractum, niſi pro tali eleemoſyna aliquid reciprocum eſſet præſtitum,aut factum,& de hoc allegat Alexan.tex.in d.l.ſi quis curialis, in fi. in verbis, vlterius legem prodeſſe non patimur. C.de epiſcop. & cleric.per quem not. Bal. Fulgoſ. quòd quamuis laici non poſſint per ſua ſtatuta diſponere in præiudicium clericorum, poſſunt tamen per ſuum ſtatutum tollere priuilegium ab ipſis conceſſum clericis,& ſic qui fecit legem in fauorem clericorum,poteſt illam tollere. Sed & hanc partem ſequitur Salyce.in auth.caſſa & irrita,& ibi etiam Fulgo.& Paul.Caſt.de ſacroſ.eccle.Fulgoſ.& Paul.Caſtr.in dicta l.priuilegia. C.eodem titu.Alexan.late,qui & ad hoc alios adducit, conſil.210.ſtatutis accurate perſpectis,colum.4.& ſequen. libro 2.quem omnino videbis, & Iaſo. in dicta l.non amplius,pro concordia huiuſmodi opin.

*Contrarium aſſerentes.*

*Ciuitas poteſt ſtatutũ facere, et idem tollere.*

*Laici non poſſunt per ſua ſtatuta præiudicare clericis.*

*Poſſunt tamen tollere priuilegium ab ipſis cõceſſum clericis.*

## Centeſimumſexageſimum priuilegium.

*Diſpoſitio etiam exorbitans et correctoria,in fauorem piæ cauſæ extendenda.*

Centeſimoſexageſimo, licet alias non ſit lex, aut alia diſpoſitio exorbitans & correctoria extendenda ex identitate rationis.vt voluit glo.not.in cap.in fidei.in verbo,

*Lex exorbitans ex idẽtitate rationis non extẽdenda.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Nec etiam ex maiori ratione.* inquiſitionis, de hære. libro 6. ac nec ex maiori quidem ratione, per gloſſam reputatam ſingul. in authenti. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. Cui tamen ſimilis eſt textus in l. tam is. §. i. D. de donatio. & voluit Barto. in l. pręcipimus. §. vlti. per illum textum. C. de appella. cum concordantiis adductis per Iaſonem in dicta authenti. quas actiones. Fallit tamẽ fauore animæ, vt voluit Ioan. And. in c. ex tenore, & ibi Anto. & Panormita. qui filii ſunt legitimi. Barto. poſt gloſſ. in authen. ſacramenta puberum. colum. penulti. in fin. verſicu. quæro vtrum iſta authenti. & ibi Bald. & alii. C. ſi aduerſus vendit. Anto. in c. vlti. charta antepenulti. in i. fallen. de conſuet. & in c. ſæpe, & in c cum ad ſedem, de reſtitu. ſpolia. & in cap. ad euidentiam, in fi. de ſenten. excommuni. Imol. & Dominic. in c. quanuis. de pact. lib. 6. & idem Imol. conſi. i. colum. 3. verſicu. & cum agamus, & conſi. 123. in cauſa quę vertitur, colum. 2. & in c. cum contingat, charta 27. de iureiurand. & ipſe Dominic. in c. i. de tempo. ordi. libr. 6. Panormit. in c. quæ ſunt. de diuor. Romanus in l. ſequitur. §. ſi via. D. de vſucap. Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum. 4. verſic. præterea vbi agitur. D. de verborum obliga. & in l. ſi conſtante. colum. 4. verſicu. item in quantum. D. ſoluto matrimo. vbi adfert alias concordantis, & in l. Pomponius. §. præterea, colum. 2. verſicu. ad argu. D. de acquirend. poſſeſ. Barba. in l. 4. §. Cato. colum. 24. & ſequen. D de verbo. obligatio. & conſi. 59. illud in medium adferam, colum. 10. lib. 2. Franciſ. Aret. in l. qui ſuperſtitis, colum. 2. verſic. ſed ad iſtud. D. de acquirend. hæred. & conſi. 93. conſideratis, colum. 2. verſic. his ergo ſic præmiſſis, & iterum colu. ſequen. Philip. Franc. in ſua diſputatione petitorii, incipien. ex nobiliſſima, colum. 5. verſic. quartum remedium.

*Secus fauore animæ.*

*Idẽ in quo cũq; caſu fauorabili.* Et hoc in vniuerſum procedit in quocũque caſu pio, & fauorabili, vt voluit Bart. qui etiam vult hoc procedere, ſi diſpoſitio vteretur dictione taxatiua, in l. ſi conſtãte. in princip. in 9. quæſt. 4. princip. & ibi poſt eum Alex. colum. 4. verſicu. item in quantum. D. ſoluto matrimo.

*Etiã ſi vtatur diſpoſitio dictione taxatiua.*

per

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

per l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. & idem Bar. in authẽt. res quæ. ad fi. C. commu. de lega. & ibi Ange. qui ad hoc põderat gl. in l. ſi poſthumus à primo. D. de lib. & poſth. Rom. in authen. ſimiliter. C. ad legem Falcid. & eſt bona glo. in l. i. C. de his qui ante apert. tabul. & in l. miles in prin. D. de re iudic. & etiã text. in l. libertatẽ. §. ſenatuſcõſulti. D. de ritu nupt. & in l. ii. §. ſi mater nõ petierit. uerſic. quid ſi curatores. D. ad Tertul. quæ omnia allegat ad hoc Alex. in d. l. ſi. conſtante. dui hoc limitat duobus modis, ut ibi uideri poteſt, & idem Alex. in l. inter pares. D. de re iudicata.

## Centeſimumſexageſimumprimum Priuileg.

*Conſtitutio pœnalis in pijs cauſis latiſſimè interpretanda.*

Centeſimoſexageſimoprimo, ſimiliter, licet conſtitutione pœnales non ſunt extendendæ ex identitate rationis, per goſſ. in clement. ut hi qui in uerbo, in iiſdem de æta. & qualit. cum ſimil. fallit tamen fauore piæ cauſæ, ut uoluit gl. in c. ſciant cuncti. in uerbo alios, de electio. libro vi. quæ extendit illum text. pœnalem, loquentẽ de electione ad præſcriptionem, fauore, ut dicit, eccleſiarũ: & cũ illa ſimpliciter tranſit Dominic. ibi, ad ſi. in uerſic. not. primo ex hac glo. & no. etiã Panor. in c. nihil. col. antepe. uerſ. ſecũdo principaliter. eo. tit. & quod uoluit Io. And. in c. i. de homicid. lib. vi. ut illa conſtitutio pœnalis loquens ſimpliciter de principe. cõprehẽdat. principem ſupremi gradus fauore animæ, alias non cõprhenderet. & ſequitur ibi Domin. in §. ſacri. col. i. qui ex hoc not. quòd cõſtitutio pœnalis cõcernens fauorẽ animarũ eſt late interpretanda. ſequitur itẽ illud dictũ Bar. in tracta. de præſtantia Cardin. in vii. q. i. partis, col. ult. ubi hoc reputat ſing. & cõſ. lix. illud in medium afferã, col. x. lib. ii. qui & ad hoc allegat, & dicit ſing. gl. in c. quãquã. in gl. ul. de uſur. lib. vi. quæ extẽdit illã cõſtitutionẽ pœnalẽ, loquentẽ de teſtamẽto, ad codicillos & alias ultimas uolun-

*Conſtitutiones pœnales ex identitate rationis no extendenda. Secus fauore piæ cauſæ.*

*Electio ad præſcriptionẽ pœnalis.*

*Cõſtitutio pœnalis fauore animarũ latè interpretanda.*

*Cõſtitutio pœnalis loquens de teſtamento extẽditur ad codicillos.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

luntates:& hoc ibi idem uoluerunt ultra eos, quos ea gl. allegat, Ioan. Mo. Archid. & Ioan. And. in nouella, & Domi. Et ex hoc, & aliis quibuſdã dicit Bart. in d. 7. q. quòd conſtitutio quantũcunque pœnalis, loquens ſimpliciter de clericis, ſi emanauit in fauorem animarum, comprehendit Cardinales, quos alias non cõprehenderet quod dicit eſſe nouum, & admiratione dignum. Sed & quòd fauore animarum extendatur cõſtitutio pœnalis, uoluit & ipſe Ioan. And. in c. ex tenore. & ibi Panor. in uerſi. not. ſingulariter, qui filii ſunt legitimi, & Bar. in authent. ſacramenta puberum. colum. penulti. uerſicu. quæro utrũ. C. ſi aduerſus uendi. Imol. cõſ. cxxiii. in cauſa quæ uertitur. colum. ii. Ro. conſil. cclxxxv. omnia quæ ſunt, in ſi. Alex. conſil. xlii. ſuper præmiſſo, in fin. libr. i. Felyn. qui adducit concordan. in c. tranſlato. colu. ult. de conſtitut. Iaſon in l. rem quæ nobis. colum. v. uerſic. itẽ circa illud D. de acquiren. poſſeſſ. & in l. ſi. quis maior col. ii. uerſicu. ſed iſtis non obſtantibus. C. de tranſactio. Philip. Decius in l. factum cuique ſuum. §. in pœnalibus. colum. ul. uerſi. ſexto fallit. D. de regu. iur. & idẽ ſi agatur fidei nomine, ut not. Panor. in c. ii. in fin. de diuor. licet contrariũ uoluerit glo. in c. in fidei de hæret. lib. vi. & idẽ ſi de libertate, ut per Iaſonem in l. ſi priuſquam. colu. penult. D. de noui operis nuntiatione.

*Idẽ fauore fidei.*
*Et libertatis.*

## Centeſimumſexageſimumſecundum priui.

***Priuilegia piæ cauſæ latiſſime ſunt extendenda.***

Centeſimoſexageſimoſecundo, licet alias priuilegia ſint ſtricte interpratanda, nec extendenda, ut notat Bart. in l. i. in princip. per illum textum. C. de legibus. & in l. ulti. colum. i. dum diſtinguit inter priuilegium, & beneficium, & ibi etiam Bald. D. de conſtitutionibus principiũ. Ioan. Andr. & Anto. in c. olim. de uerbo. ſignificatio. per cap. priuilegia. iii. diſtinct. cum ſimilib. fallit tamen in priuile

*Priuilegia ſtrictè interpretanda.*
*Secus in priuilegijs piæ cauſæ.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uilegiis piæ cauſæ: quia ea tanquã fauorabilia extẽdũtur de ſimilibus ad ſimilia, gl. eſt nota. in l. nulli licere. C. de epiſcop. & cleric. quæ extendit priuilegiũ illius text. conceſſum piis cauſis de una cauſa ad aliam, quoniã (inquit) fauor eſt. per l. cũ quidam D. de hæredibus inſtituend. & illam gloſſam ad hoc ponderat, & dicit menti tenendam Baldus in cap. in præſentia. colum. ii. uerſic. dicit Accurſ. de probationib. ubi per illũ §. ſed hoc præſenti. in authẽ. de ſanctiſſ. epiſcop. extẽdit legem, quæ loquitur de teſtamentis ad contractus.

## Centeſimumſexageſimumtertium priuile.

*In diſpoſitis ad pias cauſas ius Canonicum ſeruandum eſt in utroque foro.*

*Vtrũque ius tã Ciuile, quàm Canonicum in ſuo foro ſeruandum. Secus in pijs cauſis.*

Centeſimoſexageſimotertio, licet alias ubi ius Canonicum, & Ciuile diſſident, & ius Ciuile non fouet peccatum, utrunque ius in ſuo foro ſeruandum, eſt, per plene nota. in c. i. de noui operis nuntia. fallit tamen in diſpoſitis ad pias cauſas, quia in illis ius Canonicum eſt ſeruandum in utroque foro. Ita uoluit Ioan. Andr. Ioan. Cald. Petrus Peruſ. Petrus Anchar. Cardina. & Imol. in c. relatum, huius initii primo. de teſtament. Bartol. in l. i. colu. i. in lectu. & iterum in repetitio. colum. ulti. & ibi Salycet. colũm. xiii. & fere omnes. C. de ſacroſanct. eccleſ. Petrus Anchar. cõſ. xxv. uidetur prima facie, in princ. Imo. in l. illa inſtitutio, colu. xxiiii. D. de hæred. inſtituen. Alexand. & Corne. in l. captatorias. C. de teſtamẽt. milit. Socinus conſi. liii. in præſenti conſultatione, colu. ult. & doctores alibi ſæpe.

*Cõtrariũ ſentientes.*

Contrarium tamen tenet Angelus in dicta l. illa inſtitutio per not. per Innocent. & Ioan. Andr. in c. nouit. de iudic. ubi de hoc nihil dicũt, ſed hoc uoluit ipſe Innocẽ. in dicto cap. relatum. de teſtament. Sed prima opinio, ut communior eſt, ita quoque & uerior, ut late patet ex iis quæ ſupra diximus in principio huius gloſſæ.

cen

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumſexageſimumquartum Priuig.

*In pijs cauſis diuini tantum iuris et naturalis habetur conſideratio.*

*Piæ cauſæ non ſubſunt ſolennitatibus iuris poſitiui.*

Centeſimo ſexageſimo quarto, generaliter piæ cauſæ non ſubſunt ſolennitatibus iuris poſitiuis, ſiue ſit id ius Ciuile, ſiue municipale, ſiue conſuetudo, aut quiduis aliud, ſed tantum iuri diuino, naturali, aut gentium: ut notant Bart. Bald. Fulgoſ. & recentiores in l.i. C. de ſacroſ. eccleſ. Idem Fulgoſ. in l. generali. C. eodem titu. Cardina. Panormita. & alii in cap. cum eſſes. & cap. relatum. ubi bonus textus, de teſtament. Panormita. in rubric. eodem. & conſi. xi. in cauſa quæ uertitur, colum. i. libro primo, & conſil. xxxii. circa duo dubia, colum. ii. libro ii. Cumanus in conſil. cv. quædam domina, colum. penulti. Romanus in dicta authenti. ſpecialiter. in decimo ſexto ſpeciali inter contractus, & aliis multis locis eiuſdem repet. Paulus Caſtrenſi conſil. xciii. uiſo dicto teſtamento, col. i. in fine lib. i. & conſil. cccclvi. uiſis & examinatis, colu. ſecunda, libro primo, conſil. ccxiii. eiuſmodi quæſtio. columna ſecunda, uerſic. præterea donatio. & doctores alibi ſæpe. Si enim conarer omnes hic citare, qui hoc ſcripſerunt, oleum & operam (ut aiunt) perderem. Sed tu hoc loco uide Alexãdrum conſilio ccx. ſtatutis accurate perſpectis, per totum librum ſecundũ. & adde quod pulchre dicit Archidiaconus in cap. ſcriptũ. vi. quæſtio. iii. quia ubi agitur de ſalute animæ, non attendũtur apices iuris. quod dictum ſequitur, & commendat. Philippus Decius in cap. cum dilecta, ad finem gloſſæ, & idem fere dicit Baldus conſilio ccxvi. uerba teſtamenti, in fi. libro primo, inquiẽs pro iuſtitia naturali eſſe iuuare, quãtum poſſibile eſt, teſtamẽta ad pias cauſas in quibus nõ eſt de apicibus iuris diſputandum, in uerbo, procuratorem. de confirma. utili uel inutili. & iterum conſil. 118. caſus ſub tali forma, colum. ultima, libro quinto, & Panor-

*vbi agitur de ſalute animæ, non cõſiderãtur apices iuris.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

normitanus in c.uirtutis.colum.quinta,uerſicu.& maxime hoc caſu.de dolo & cōtuma.ubi etiam dicit quòd nō eſt in his cauſis de apicibus iuris diſputādum, & Catel. Cotta in memoriali,apices iuris.

## Centeſimumſexageſimumquintum Priuile.

*Voluntas teſtantis ambigua pro pia cauſa interpretantur.*

Centeſimoſexageſimoquinto,licet alias actus indifferens ad bonum & malum ſit potius interpretandus in bonam partem, quam in malam,c.abſit,& ibi bona glo.xi. quæſtio iii. cum ſimilibus.cuius rei ratio eſt,quia quis in dubio bonus præſumitur.l.merito.D.pro ſocio,Ex quo & illud fit quòd ſemper in ambiguis benignior interpretatio ſumenda.l.ſemper in dubiis. D.de regulis iuris.& ibi multæ concordant. fallit tamen fauore piæ cauſæ, per id quod pulchre conſuluit Petrus Ancharanus conſ. lxxix. prima facie uideretur dicendum, quòd ſi aliquis in teſtamento ſimpliciter confeſſus eſt ſe fuiſſe uſurarium,licet hoc referri poſſet ad modicum tempus,ut fieret benigior interpretatio: tamen fauore animæ referenda eſt huiuſmodi confeſſio ad totum tempus uitæ ſuæ: ita quod ex hoc declarabitur mutuum factum ante tempus triginta ſex annorum( de hoc enim tempore loquitur( fuiſſe uſurarium, & tenebitur hæres ſatisfacere, ut plenius & tutius cōſulatur animæ teſtatoris.per c.ul.de presbytero nō baptiſ.& c.iuuenis.de ſponſa. quod dictū ſequitur & cōmendat Felynus in cap.in præſentia. colum.7.verſic.ſecundo nota quòd iſta dicta. de probatio. vbi hoc dicit ſingul.& limitat.& in c.dudum, colum.5. de præſumptio. vbi hoc dicit valde notab.& in cap. auditis,colum antepenul.de præſcriptio.& Hippolytus Marſil.ſingulari 151.ſemper in dubiis.

*Actus potius in bonā partē, quàm in malā interpretādus.*

*In dbi quis præſumitur bonus.*

*In ambiguis benignior interpretatio ſumenda.*

*Secus in piis cauſis.*

*Confeßio debitoris facta in teſtamente ad pias cauſas.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## Centeſimumſexageſimumſextum priuilegi.

*Relictum pluribus coniunctim piæ cauſæ, etiam per unum, uel pauciores, poterit impleri.*

*Pluribus ſimul commiſſũ nõ poteſt per unũ expediri. Secus fauore animæ.*

Centeſimoſexageſimoſexto, licet regulariter id quod commiſſum eſt pluribus ſimul, non poſſit per unum, aut etiam plures expediri, l. Pedius. §. i. D. de arbit. fallit tamen, ubi tractatur de fauore animæ, ut uoluit Bald. conſil. ccxxix. uerba dicunt, colum. i. lib. ii. arg. cap. religioſus. §. ſane. de teſtamen. lib. vi.

## Centeſimumſexageſimumſeptimum priui.

*Cauſa finalis, fauore dotis, ex commodo accipientis præſumitur.*

*Præſumitur cauſa impulſiua, quæ reſpicit cõmodũ accipientis tantùm. Aliud fauore dotis.*

Centeſimoſexageſimoſeptimo, licet alias præſumatur cauſa impulſiua, quæ reſpicit commodum accipientis tantum, per l. Aurelius. §. ultimo. D. de liber. lega. & argumen. l. hæredem. D. mãdati. hoc fallit fauore dotis, nam tunc præſumitur cauſa finalis, per l. ſi ego. & ibi Barto. D. de iure dotium. & l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. Vide omnino quæ ſcripſi in tractatu Ceſſante cauſa ceſſat effectus. limitat. ii. numero xxi. cum quatuor aut quinque ſequentibus.

FINIS

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID